flecterent senem puerū  
quendam pastoris filiū  
secum defe runt: qui so  
lo uisu draconis exteri  
tus mente excesserat: et  
afflatu bestie exanimis  
portabatur ac turgens;  
Tunc ille quidem puerū  
perungens oleo restituit  
sanum semet ipsum uero  
ad necem draconis insti  
gans. illis interim quasi  
qui nichil possit uiuare  
promittere nichil uoluit;  
Naturae autem surgens  
abijt ad ad digressus besti

e. et fuit genua sua iter  
ram deprecans domi  
num; Tunc bestia cum  
ingenti impetu uenire  
super eum cepit. teter  
rimis flatibus ac sibil  
stidoribus q; premissis;  
At ille nichil horum me  
tuens. conuersus ad dra  
conem dixit; Perimat  
te xpistus filius dei: qui  
perempturus est cetū  
magnum; Et hec ubi se  
nior dixit. statim durissi  
mus leo omne simul cū  
spiritu euomens uene  
num. disruptus crepuit  
medius; Cum autē ue  
nissent finitimi habita  
tores. et facto miraculo  
obstupescerent fetoris  
uehementiā non feren  
tes: congregauerunt  
super eum harene mo  
les immensas. astante  
tamen ibidem patre ā  
mone: quia nec sic q̄tē  
cum mortua fuisset bes  
tia sine ipso appropin  
quare ei audebant;

rat qdam

33  
**F**rat. **De scō Topre**  
quidam **cc. xvi.**  
presbiter copres nomi  
ne in ipsa heremo habēs  
monasterium uir sanc  
tus annorum circiter  
octoginta. et ipse mul  
tas uirtutes faciens lā  
guores curans et effici  
ens sanitates. et demo  
nes fugans et multa  
mirabilia faciens ex  
quibus non nulla etiā  
in nostri presentia effe  
at; **I**s ergo cū uidisset  
nos et osculo salutass;  
atq; ex more post oratio  
nem etiā pedes lauis  
set. requirebat a nobis  
que gererentur in secu  
lo; **H**os autem rogaba  
mus eum. ut magis ip  
se nobis de suis gestis  
aliqua narraret: ex qui  
bus actibus uel meritis  
dominus ei tantā gra  
tiam contulisset expo  
neret; **A**t ille nichil de  
dignatus et sue uite. ⁊  
priorum sanctorū pa

trum narrare nobis or  
dinem cepit: quos tamē  
longe illustriores fuisse  
perhibebat. seq; ipsorū  
parua uir exempla secta  
ri; **D**icebat ergo; nichil  
magis est os filioh quod i  
nobis uideatis. ad compa  
rationem sanctorum pa  
trium; **F**rat enim quidā  
ante nos uir nobilissim⁹  
nomine mutius. hic fuit  
primus in hoc loco mona  
chus. et in omni hac here  
mo uiam salutis omnib;  
nobis primus ostendit;  
**H**ic autem primo gentilis  
fuit. latronum maximus.  
et sepulchrorū uiolator. atq;  
in omnibus flagitijs opi  
natissimus; **A**d quē tali  
ex modo occasio salutis ad  
uenit; **N**octe quadam ad  
domum cuiusdam uirgi  
nis deo sacrata. ex polian  
di causa perrexit; **C**umq;  
machinis quibusdā que  
huiusmodi artificib; satis  
nota sunt domus eius  
tectā conscendisset q̄rens

quali arte uel quo aditu  
in penetralia eius irum-  
peret: difficultate perpe-  
trandi operis inmeris plu-  
rimum noctis tempus in  
tectis positus sine ullo  
transiegit effectu; Post  
multos uero animi cona-  
tus frustra adhibitos. ue-  
luti fessus sompno oppri-  
mitur per uisum sibi assis-  
tere uidit quendam regi-  
o habitu dicentem; Desi-  
ne iam ab hys flagitijs:  
et ab effusione humani  
sanguinis cessa atq; ab  
excrabilibus furtis. ad la-  
borem religiosum conuer-  
te uigilias: et suscipe ce-  
lestem angelicam q; mihi-  
ciam: atq; ex hoc iam ani-  
mi uirtutibus uiue: et e-  
go te huius milicie ducē  
ac principem faciam; At  
ille cū gratanter que sibi  
offerebantur audisset: os-  
tenditur ei exeratus mo-  
nachorum et principatū  
super eos iubetur tenere;  
In hys euigilans assisten-

tem sibi uidit uirginē  
requerentem quis aut  
unde uel cur illuc uenis-  
set; At ille quasi amens  
effectus nichil ei respon-  
dit: sed tantum ut eccle-  
siam sibi ostenderet ro-  
gavit; Illa uero cum in-  
tenderet in re esse ali-  
quid operis diuini: ho-  
minem perducit ad ec-  
clesiam ac presbiteris  
offert; Ad quorum ille  
uestigia prouens roga-  
bat christianum se fieri:  
et ilico penitentiā sibi  
dant; Presbiteri uero qui  
cognouerant uirū hunc  
esse omnium flagitior:  
mirantur si hec uera lo-  
queretur; Et cum perse-  
uerancia sui fidem rei fe-  
cisset: monent eum ut  
si hec uellet. illa penit-  
omitteret; Dehinc cum  
religionis uicia susce-  
pisset: orat sibi dari pre-  
cepta. quibus uiam salu-  
tis deberet incedere; At  
illi tres ei primi psalmi

uersiculos tradunt; quibus ille diligenter consideratis sufficere sibi ait eos ad uiam salutis et scientiam pietatis. tribusque diebus permanens apud eos ad heremum proficiscatur; ubi plurimo tempore demoratus et die ac nocte in oratione cum lacrimis perdurans: cibum ex radicibus capiebat herbarum; Regressus autem ad ecclesiam tres uersiculos psalmi quos a presbiteris perceperat non solum uerbis sed et rebus atque operibus reddidit; Presbiteri uero mirabantur quod subito conuersus acerrimam statim sibi iniecerit abstinentiam: et instruentes eum plenius ex diuinis scripturis hortabantur secum demorari; At ille ne uideretur esse inobediens unam apud eos erigens ebdomadam

rursus ad heremum pergit: atque ibi per septem continuos annos in omni abstinentia degens: plenitudinem gratiae consequitur a domino. ita ut omnes pene scripturas memoriter retineret; Panem uero dominica die tantum sumebat et hunc diuinitus delatum; Nam cum oraret surgens ab oratione inueniebat panem positum quem nemo hominum detulerat; Hunc ubi cum gratiarum actione sumpsisset sufficiebat ei ad alteram dominicam; Post multum autem temporis iterum regressus a deserto: exemplo abstinentie sue quam plurimos ad imitationem sui inuitauit; Inter quos accessit ad eum adolescens quidam cupiens eius esse discipulus; Cui ille cum habitu monachorum hoc est lebitonem et cucullam ac melotem que est caprina pell

imposuisset docere eum  
de ceteris monachorum  
institutionibus cepit in  
multa sane cum sollicitu-  
dine curabat sicubi quis  
christianorum fuisset de-  
functus: ut sepeliret eum;  
Quem cum uidisset ado-  
lescens ille discipulus  
suus cum summa dilige-  
tia mortuus indumenta  
aptantem: dicit ad eum;  
vellem ut et me mortuum  
ita indueres. ac sepelires  
magister; At ille ait. Ita  
faciam fili: et tam copio-  
se te induam donec di-  
cas sufficit; Post non mi-  
tum uero tempore de-  
functus est adolescens:  
et predictus sermo com-  
pletur; Cum enim pluri-  
ma ei indumenta circum-  
dedit: ait ad eum coram  
omnibus; Sufficiunt tibi  
hec ad sepulturam filiule:  
an ad huc uis ut aliquid  
addamus; Tunc defunc-  
tus uocem cunctis audi-  
entibus emisit obuola-

ta iam facie uultuque co-  
stricto: et dicit; Sufficit  
pater: implesti quod  
promiseras; Obstupu-  
erunt autem qui presen-  
tes aderant: et ammira-  
ti sunt ualde super tam  
mirabili facto eius; At  
ille sepulto adolescente.  
continuo ad heremum  
rediit: summo studio  
iactantiam declinans;  
Quodam autem tempo-  
re iterum de heremo ue-  
nit: ad uisitandos fra-  
tres quos ipse institue-  
rat. et cum quidam ex  
eis in extremis ageret:  
reuelatum est ei a domi-  
no quod moriturus esset.  
hora autem erat iam  
ad uesperam; Festina-  
bat ergo ut eum uidere  
posset; vicus autem ubi  
decumbebat eger: lon-  
go ad huc aberat spa-  
cio. et nolens nocte in-  
trare uicum. simul et  
saluatoris sermonem  
intra semetipsum medi-



tans quo dicit. ambu-  
 late dum ad huc lucē  
 habetis in uobis ⁊ qui  
 ambulat in luce non  
 offendit: cum uiderit  
 solem iam dimergi ait  
 ad eum; In nomine ihū  
 xpisti domini nostri sta  
 paulisper in itinere tuo:  
 et respice me donec  
 ad uicium perueniam;  
 At ille cum aliqua iam  
 mergi cepisset ex parte  
 restitit: nec prius occu-  
 buit quam homo dei  
 peruenit ad uicū; hoc  
 autem manifestū factū  
 est omnibus illis qui  
 ibidem consistebant;  
 Stantes enim et intue-  
 tes moras solis in occa-  
 sum: mirabantur om-  
 nes quid sibi hoc uell;  
 quod tot horas in occa-  
 sum suum non descen-  
 deret sol; videntes autē  
 patrem in uicium de he-  
 remo uenientem: quere-  
 bant ab eo quod hoc  
 signum esset quod ostē-

deret sol; At ille respon-  
 dit eis; Non meministis  
 uocem domini et salua-  
 toris nostri dicentem: si  
 habeatis fidem sicut gr-  
 num sinapis: maiora ho-  
 rum signa facietis; At illi  
 cum intellerissent eius fi-  
 de solem stetit timore n-  
 magno perterriti sūt plu-  
 rimiq; eorum iunxerūt  
 se ei discipulos: et sequi  
 eum ceperunt; Cum autē  
 ingressus fuisset domum  
 illius fratris pro quo festi-  
 nauerat et inueniss; eum  
 iam defunctum: oratione  
 facta. accedens ad lectu-  
 lum osculatus est eū et  
 ait; Quid magis habes  
 desiderij frater: abire et  
 esse cum cristo: an pma-  
 nere in carne. Tunc ille  
 recuperato spiritu paulu-  
 lum resedit: et ait ad eū;  
 Quid me reuocas pater:  
 Melius est michi redire et  
 esse cum cristo: permane-  
 re autem in carne michi  
 necessarium non est; Cui

dirit; Dormi ergo in pace  
fili: et ora pro me; At ille  
continuo recluans se in  
lectulo obdormiuit; Hii  
autem qui aderant obstu-  
perunt dicentes; Vere  
homo dei est hic; Tunc ille  
induit adolescentem ut  
sibi mors erat satis decore:  
et totam noctem psalmis  
ymnis q̄ peruigilem du-  
cens honeste inuenē tra-  
didit sepulture; Alium  
autem fratrem cum uisi-  
casset pater mutius in lec-  
tulo decubantem: ubi ui-  
dit eum quietem mortis  
difficulter accipere: et gra-  
uiter conscientie sue metu  
redargui: ait ad eum; Cur  
imparatus es fili ad pro-  
fectionem? Accusatrix ut  
uideo ignaue tue tecum  
pergit conscientia; Tunc  
ille exorabat eum dicens;  
Obsecro te pater intercede  
pro me ad dominū: ut  
michi paruum temporis  
spacium largiatur quo  
possim emendare uitam

meam; At ille dirit ad  
eum; Nunc spacium pe-  
nitencie requiris? ubi  
uite tempus implesti?  
Quid facebas in omni  
hoc uite tue tempore?  
Non potuisti uulnera tu-  
a curare. Quinimo: re-  
uencioza semper adde-  
bas; At ille cum p̄ma-  
neret exorans: ait ad  
eum senex; Si ultra nō  
addas malis tuis mala:  
orabimus pro te deum;  
Bonus est enim et pa-  
ciens: et indulget tibi  
parum aliquid tempo-  
ris uite: ut omnia debi-  
ta tua persoluas; Et cū  
post hec orasset deum:  
surgens de oratione ait  
ad eum; Ecce tres ānos  
tibi dominus concessit  
in hac uita tantum: ut  
ex animo ad penitenti-  
am conuertaris; Et ap-  
prehensa manu eius e-  
leuauit eum de lectulo;  
At ille surgens sine ali-  
qua dilatione secutus

est eum in desertum; Et  
ubi completi sunt tres  
anni: postea reuocauit  
eum ad locum unde eum  
assumpserat: iam non  
quasi hominem sed quasi  
angelum ex homine deo  
consignans: ita ut om-  
nes mirarentur de con-  
uersatione eius; Cumque  
conuenissent ad eum fra-  
tres plurimi: statuit eum  
in medio: atque ex eo mate-  
riam sumens per totam  
noctem doctrinam de fruc-  
tibus penitentie et conu-  
sionis dixit ad eos; Ipso  
uero sermonem faciente:  
quasi obdormitare frat-  
ille paululum cepit: et  
continuo in pace quie-  
uit; Tunc facta oratio-  
ne super eum: et omni-  
bus que ad sepulturam  
pertinent ex more com-  
pletis: ad heremum prope-  
rante abscedit; frequen-  
ter autem et nilum ima-  
nem hunc fluum pe-  
dibus transiit: aquam

36  
usque ad genua habens;  
Alio tempore clausis osti-  
is fratribus que in super-  
ioribus solaris sedentibus:  
ipse ingressus est ad eos,  
Et frequenter ad quemcumque  
locum uoluit quamuis  
longe positum: intra mo-  
mentum temporis euec-  
tus est; Nam primo ad-  
huc huius tempore conuer-  
sionis sue cum esset in he-  
remo: et ebdomadam ie-  
iunasset: ante occurrisse  
ei hominem in deserto  
habentem panes et aquam  
qui exhortatus est eum  
ut perciperet cibum: qui  
de celo ei fuerat destinatus;  
Alio quoque tempore demum  
assistens auri thesauros  
plurimos quos pharao-  
nis fuisse perhibebat: of-  
tendit ei sub terra dimer-  
sos; Cui respondisse fertur  
pater mucius; Pecunia  
tua tecum sit in interitum;  
hec ergo et huius similia  
plurima per eum fecit deus;  
Sed alij nichilominus fue-

runt ante nos multi pa-  
tres quorum dignus nō  
fuit mundus: signa ce-  
lestia et prodigia facien-  
tes; Quid ergo mirami-  
ni si nos parui homines  
parua facimus: claudos  
et cecos curantes. quod et  
medici ex arte facere pos-  
sunt: Et cum hec nobis  
senex copres narraret: v-  
nus ex fratribus nostris  
quasi in incredulitate co-  
rum que dicebantur te-  
diare cepit: et pro tedio  
dormitare; Cumque som-  
no fuisset oppressus: iu-  
dit per visum librum au-  
reus litteris scriptum. in  
manibus senis copres.  
ex quo narratio eius de-  
ducti uidebatur. et assis-  
tentem quendam claris-  
simum aspectus uirum. ca-  
nicie uenerandum. cum  
cominatione magna sibi  
dicentem; Cur non audis  
attente que recitantur?  
sed incredulus dormitas.  
At ille conturbatus cui

gilat: et statim nobis  
secrecius latino sermo-  
ne que uiderat enarra-  
uit; Inter hec autem  
uidimus rusticanium  
accessisse ad ostiū senis.  
habentem uas harenę  
plenum. et expectan-  
tem donec senex sermo-  
nem sue narrationis  
expleret; Nos ergo ui-  
dentes eum interroga-  
uimus presbiterū quid  
sibi uellet rusticani ille  
stans et harenam tenēs  
in uase; Et respondit  
ad nos senior dicens;  
Non quidem oportet  
bat me ostioli uobis  
hoc proddere ne uidea-  
mur in dei opere glo-  
riari. et merces laboris  
nostri pereat. tamen  
pro edificatione uest-  
et utilitate. qui de lōgo  
itinerē uenistis ad nos.  
non paciar etiam hoc  
abscondi a uobis. sed  
enarro opera domini  
que dignatus est imple

re per nos; Terra regi-  
onis huius que in via  
no nostro colitur steri-  
lis ualde est et in fruc-  
tuosa fuit. ita ut si quādo  
semina ex necessitate  
suscepit: duplicata uix  
rederet; Vermes enim  
quidam nascebantur in  
ipsis germinū culmis:  
et ascendentem segetē  
succidebant; Erant autē  
agricole loci ipsius gen-  
tiles. Nos cum docuisse-  
mus deum credere. et  
fidem cristi recipere: cus-  
tiani iam facti ueniūt  
ad nos rogantes ut ore-  
mus dominum pro se-  
getibus illorum; Et cū  
diceremus eis nos quē  
oratuos sed fidem ipso-  
rum requiri apud deum  
que hoc percipere me-  
reatur illi ex harena  
hac que calcatur a no-  
bis sinus suos replen-  
tes obtulerunt nobis:  
rogantes ut in nomine  
domini benedicerem;

37  
Et ego aio ad eos; Secun-  
dum fidem uestram fiat  
uobis; Tunc illi auferen-  
tes harenam secum mis-  
cuerunt seminibus que  
seminatum erant: et spar-  
serunt per agros suos:  
et tantum fructum colle-  
gerunt quantum nulla  
usquam potuit egypti  
terra colligere; Ex eo er-  
go consuetudo est eis. bis  
per singulos annos ue-  
nire ad nos: et eadē ex-  
petere a nobis; Sed et  
illud non celabo uos:  
quod michi dominus  
ad gloriam nominis sui  
prestauit; Descenderam  
aliquando ad ciuitatē:  
et inueni ibi uirū quēdā  
doctorem manicheorū  
seducentem populos;  
Cum hoc habui conflic-  
tum sermonis. sed quia  
erat uersutus nimis. et  
concludere eum uerbis  
non poteram. uentus ne  
auditorum turbe ledere-  
tur. si ille in uerbis quasi

superior abscelisset au-  
dientibus turbis dixit;  
Accendite ignem pluri-  
mum in medio platee:  
et ambo intremus infla-  
mam; Si quis nostrum  
non fuerit adustus: huius  
fides uera esse credatur;  
Quod cum dixissem ual-  
de placuit populo: et con-  
tinuo ignis accenditur  
plurimus; Tunc ego ap-  
prehensum eum: cepi  
mecum pertrahere ad  
ignem; Non inquit ita:  
sed unusquisque nostrum  
singulariter ingrediat;  
Primus tamen tu debes  
intrare: quia hoc ipsum  
proposuisti; Et ego in no-  
mine christi consignans me  
metipsum. medias flā-  
mas ingressus sum; Ignis  
uero huc illuc que disspgi  
ac fugere me penitus  
cepit; Steti in medio ig-  
nis dimidia fere hora: et  
in nomine domini inul-  
lo penitus sum; Viden-  
tes autem populi cum

⁊ iesus

ingenti ammiracione  
acclamauerunt et be-  
nedixerunt deo dicentes;  
Mirabilis deus in sanc-  
tis suis; Ceperunt autē  
perurgere et maniche-  
um: ut introiret in ignē;  
At ille reluctari cepit:  
et subtrahere se; Tunc  
comprehentes eum tur-  
be miserunt eum in  
medio ignis et statim  
circumdans eum flāma  
atque adurens: semivivum  
reddidit; Et illum quidem  
cum dedecore ex urbe  
populus eiecit: clamans  
et dicens. uiuus ardeat  
seductor ille: me uero  
assumentes secum et  
benedicentes dominum:  
ad ecclesiam perducunt;  
Alio quoque tempore dum  
transeo iuxta templum  
quoddam uidi ibi sacri-  
ficare gentiles: et aio  
ad eos; Cur uos cum  
sitis homines rationa-  
biles immolatis mu-  
tis et insensibilibus

simulacris. Nonne etiam uos multo magis sine sensu estis quam illi quibus immolatis. Ad hunc sermonem dominus aperuit eis intellectum. et relinquentes errorem suum quem agebant. secuti sunt me. et crediderunt saluari domino nostro; fuit michi aliquando ortulus monasterio iuanius. in quo propter aduentantes fratres cholera colere uidebamus. Quidam autem gentilis ingressus est nocte: et furatus est olera; Aue cum pertulisset ad domum suam: igni apposuit ut coqueret; Cumque tribus horis continuus ingenti igne suggesto neque feruere neque molliui aut calefieri aliquatenus potuisset. sed permansissent eadem uiriditate qua missa sunt et neque aqua quidem ipsa uel leuit

calefieri potuisset. in se met ipsum regressus ille qui furatus est. erepta rursus de foco cholera reportat ad nos. et prosteruens se ante pedes nostros rogare cepit ut peccata sui ueniam mereretur. et fieret christianus; Ad et impetrauit; Accidit autem eadem die hospites uenire ad nos plurimos fratrum: quibus oportune cholera ipsa parata sunt; Gratias ergo referentes domino pro mirabilibus suis. duplicem leticiam gessimus: et pro salute hominis. et pro beneficiis diuinis;

**F**uit. **De sancto heleno** et alius uir. **xviii.** Sanctus helenus nomine; Hic a puericia in seruitio domino omni continentia et castissimis institutionibus enutritus: ad summa merita peruenerat; Denique cum ad huc puer esset in monasterio

si necessarius fuisset; ignis  
ut euicino peteretur: ar  
dentes prunas uestimē  
to deferrebat illeso; Ad  
ammirantes omnes q̄  
aderant fratres: studiū  
animi uite q̄ eius ac me  
riti imitari cupiebant;  
Huic quodam tempore  
cum solus esset in here  
mo: desiderium uescen  
di mellis exortum est;  
Et conuersus uidit i saro  
fauum mellis in heren  
tem. sed intelligens im  
mici hanc esse fallaciā:  
continuo increpans ait;  
Discede a me deceptur:  
et illecebrosa concupiscē  
tia: scriptum est enim;  
Spiritu ambulare: et cō  
cupiscencias carnis ne  
perfeceritis; Et statim de  
relinquens etiam ipsum  
locum discessit et abiit i  
desertum: atq; ibi tantū  
pro carnis concupiscen  
tia puniēda ieiunio se  
met ipsum cepit afflige  
re; Tertia autem septima

na ieiunij sui uidit inde  
serto iacere diuersa po  
ma: et intelligens dolos  
immici ait; Non man  
ducabo neq; contingā:  
ne fratrem meum hoc  
est animam meā scan  
dalizem; Scriptum est  
enim. quia non in cibo  
solum uiuit homo. sed  
in omni uerbo dei; Cūq;  
et sequenti septimana  
ieiunaret: paululu in  
sompno deductus est;  
Et ecce angelus astitit  
per uisum ei dicens; Sur  
ge iam et quecūq; iue  
nens tibi apposita: nic  
hil dubitans uescere;  
Frugens autem uidit  
aque fontem lenibus  
repletum fluentis eius  
q̄ rivas in circuitu her  
bis quibusdam tenens  
odoratis q̄ preteritas.  
et accedens decerpere  
cepit et edere. sumit  
et ex fonte poculū su  
mere; Confirmabat  
autem se nunquam



in omni uita sua tante dulcedinis aliquid & tante suauitatis habuisse; Inuenit autem in ipso loco etiam speluncam quandam intra quam aliquamdiu requieuit; Et cum reficiendi corporis tempus et necessitas affuisset. per deum nichilominus gratiam nichil deerat eorum que postcebat a domino; Quodam uero tempore pergebat ad uisitandos fratres in commodos quibus etiam que necessaria erant ad refecionem corporis deferrebat; Et cum in itinere eorum que portabat onere grauaretur. uidit onagros eminus transire per desertum. et exclamabat dicens; In nomine domini nostri ihesu christi ueniat huc unus ex uobis. et suscipiat sarcinam meam; Et ecce uolans ex omni grege tota cum mansuetudine

pergit ad eum; Tunc ille prebenti se sponte et onus imposuit. et ipse insedit. et cum omni uelocitate ab eo ad cellulas fratrum quo pergebat euectus est; Alio rursus tempore dominica die uenit ad quoddam monasterium fratrum; Et cum uidisset eos non plenam agentes sollempnitatem diei; causam requirit; Cum autem diriscent ei pro eo quod presbiter non adesset quia transfluum maneret. propter metum enim eorum codilli transire nullus audebat; Tunc ille dixit eis; Si uultis ego uadam. et adducam eum ad uos; Et continuo ad ripam fluminis pergit; Vbi cum nomen domini inuocasset presbiter fuit belua. et que solebat adesse ad perniciem hominum. affuit tunc ad uehiculum. tergoque suo suscipiens eum cum omni metu subiecta usque ad p

rem ripe ulceriosis euenit;  
Adiit continuo helenus  
presbiterum: et exorare  
cepit. ut ueniret ad fra-  
tres; Erat autem indut  
uilissimo et abiectissimo  
indumento; Super quo  
miratus presbiter. quis  
aut unde esset. uel quid  
sibi uellet inquit; Vbi  
uero cognouit esse homi-  
nem dei: sequi eum cepit  
ad flumen; Et cum causare-  
tur non inueniri nauigiū  
quo transire possit: tunc  
abbas helenus dixit ad eū;  
Nichil uerearis pater: ego  
iam nunc parabo uehicu-  
lum; Et exclamans uoce  
magna. ad esse bestiam  
iubet; Que statim uoce  
eius audita affuit: ac dor-  
sum suum ad uehendū  
placide prebuit; Prior  
ipse ascendit: et inuitat  
presbiterū dicens; Ascen-  
de: nichil formidans; At  
ille uisa belua exterritus:  
retrocedere ac fugere ce-  
pit; Omnes autem qui

aderant stupor ingens  
et metus apprehendit.  
uidentes hominem dei  
corcodrillo euectū flumi-  
nis alucum transmeare;  
Qui ubi descendit secum  
pariter in siccum adducit  
etiam bestiam: dicens ad  
eam; Melior tibi est mors  
quam tot scelerum. et tor-  
homicidiorum inuolui-  
reatu; At illa statim cor-  
ruens expirauit; In te-  
ra per triduum in mo-  
nasterio permanens  
sanctus helenus doce-  
bat fratres spirituali doc-  
tina ita ut etiam non  
nullorum cogitationes  
cordis. et secreta consili-  
a proferret in medium.  
et alium quidem prode-  
ret spiritu fornicationis  
urgen. alium spiritu ira-  
cundie. alium uero cupi-  
ditate pecunie. non nul-  
los etiam iactantie ac  
superbie spiritu illudi.  
alterius uero mansuetu-  
dinis. alterius iusticie.

alterius etiam paciētia  
 e testimonium dabat;  
 Et sic utraq; ex parte ali  
 orum uicia. aliorū etiā  
 uirtutes eraggerans;  
 ad omnes eos pfectus  
 mirabiliter excolebat;  
 Agnoscentes uero singu  
 li quiq; ita agi in trase  
 metipfos ut ille nunci  
 auerat. corde compunc  
 ti emendabantur; Pro  
 fecturus autem: ait ad  
 eos; Preparare holera  
 uestra ad aduentū fra  
 trum; Et illis preparā  
 tib; continuo supue  
 nerunt fratres; **Quib;**  
 honorifice susceptis; ip  
 se contendit ad heremū;  
 Rogabat autem eum  
 quidam ex fratribus ut  
 permitteret eum seclū  
 degere in heremo; Cūq;  
 respondisset ei grande  
 esse negotium. et plu  
 rimū laboris obsis  
 te re temptationibus  
 demonum. eo cōten  
 tiosius iuuenis p̄siste

bat. promittens se tunc  
 ta toleraturum. tantum  
 ut preberet ei copiam cō  
 sortij sui; Et cum p̄misit  
 set: secutus est eum ad he  
 remum; Quem ille in  
 spelunca sibi uicina habi  
 tare iubet; Tunc demones  
 aduolantes per noctem  
 primū eum fedis ac tur  
 pibus cogitationibus  
 eragitant. post hec uero  
 etiam uiolenter irruere  
 et necare eum aggrediū  
 tur; Effugiens autē iu  
 uenis et peruolans ad  
 cellulam sancti heleni?  
 quibus malis urgeret  
 exponit; Tunc senior cō  
 solatus est eum paucis.  
 et de uirtute fidei ac pa  
 ciencie cōmonens. statū  
 reuocat ad speluncam  
 de qua effugerat et tam  
 quam sulcum quendā  
 per harenam extra cellu  
 lam iuuenis digito suo  
 ducens: precepit inōie do  
 mini ne audeant demo  
 nes statutum limitem

transgredi; Et ita uerbi  
eius uirtute permansit  
adolescens de reliquo se  
curus; ferebatur de eo qd  
et ipse adolescens in he  
remo positus celestes se  
pe percepisset cibos & fra  
tribus ad se ueniens  
cum nichil haberet qd  
apponeret: affuisse que  
dam adolescentem panes  
ei et que erant necessari  
a deferentem: eaq; cum  
ante speluncam eius de  
posuisset ultra nusquam  
comparuisse. dixisse uero  
eum ad fratres benedi  
camus dominum qui p  
parauit nobis mensam  
in deserto; Hec et alia p  
plurima de sanctoru pa  
trium uita et conuersate  
enarrans nobis pater co  
pres. et cum omni affec  
tu instruens post edifica  
tionis sermonem intro  
ducit nos in hortulum  
suum: ostendens nobis  
arbores palmaru alioru  
q; pomorum quas ipse

plantauerat et dicebat;  
Hec me in heremo plan  
tare rusticanozu fides  
ammonuit; Ut eni uidi  
eos tantam fidem habe  
re ut harenam sub nos  
tris uestigijs colligen  
tes per agros suos spar  
gerent. et terram sterile  
ad totius fecunditatis  
uerterent ubertate. pu  
dor inquam est si nos  
inferiores inueniamur  
hys infide quoru fides  
per nos consignata est  
deo; **De sco theone xxx.**

**V**idimus et aliu  
non longe ab urbe  
ad eam partem que mit  
tit ad heremum nomi  
ne theonem uirum sac  
tum intra cellulam sua  
clausum solitariu. qui  
perhibebatur triginta  
annis silentij habuisse  
continenciam quicq; ta  
multas uirtutes fa  
ci  
ebat. ut propheta  
apud illos habere  
tur; Conueniebant na

q; ad eum p

41

q; ad eum per singulos  
 dies in firmorum pluri  
 ma multitudo ad quos  
 ille per fenestram ma  
 num proferens et unius  
 cuiusq; capiti super im  
 ponens ac benedicens:  
 eos sanos ab omni egri  
 tudine remittebat; hic  
 etiam ipso iusu tam ho  
 norabilis erat. tantuq;  
 reuerencie gerebat i uul  
 tu ut inter homines an  
 gelus uideretur. ita leti  
 oculis plenus totius g  
 ae apparebat; hunc cu  
 ante paruum tempus  
 ut comperimus nocte  
 latrones superuenisset.  
 aurum se apud eum in  
 uenturos credentes. ora  
 tione sola ita eos uinxit.  
 ut foribus eius affixi mo  
 uere se omnino no pos  
 sent; Mane uero cum  
 ad eum turbe solito co  
 uenissent et uiderent  
 ad ianuam eius latro  
 nes uolebant eos igni  
 tradere; At ille reru ne

cessitate compulsus: unu  
 eis solummodo locutus e  
 uerbum; Sinite inquit  
 istos abire illesos. alioqu  
 gratia a me refugit sani  
 tatum; Populi uero ut  
 audierunt he c contra  
 dicere no au- d' etes:  
 dimiserunt eos; Latro  
 nes uero uiden tes qd  
 secum gestum est. abiec  
 ta scelerum uoluntate p  
 teritorum q; malorum pe  
 nitenciam agentes. ad  
 monasteria uicina cofu  
 giunt. atq; ibi emenda  
 toris uite formam modu  
 q; suscipiunt; Erat aute  
 supradictus uir eruditus  
 non solum egyptiorum  
 et grecorum lingua sed  
 etiam latinorum. ut et  
 ab ipso et ab ipsis qui ei  
 aderant didicimus; Sed  
 et ipse releuare cupiens  
 et consolari peregrinaci  
 onis nostre labores. i ta  
 bella scribens ad nos g  
 riam doctrinamq; sui ser  
 monis ostendit; Erat aut

cibus eius absq; ignis  
opere; Dicebant autem  
quod et noctibus ad he-  
remum progrediens. co-  
mitatu uteretur plurimo  
heremi bestiarum; Ipse  
uero hau nens aquam  
de puteo suo et pre-  
bens eius poculū; obse-  
quio ferarum reuiu-  
nerabat laborem; Huius  
autem rei manifestū da-  
batur indicium. quod uel  
tigra bubalorum. caprea-  
rumq; et onagrorū circa  
eius cellulam plurima  
deprehendebantur;

**De sancto dyoscolo mona-**

**U**idimus **dyo. xx. lib.;**  
Et alium uenerabi-  
lem patrem apud thebai-  
dam dyoscotum nomine.  
presbiterum habentē in  
monasterio suo centum  
ferē monachos; Quem eo  
tempore quo accedit ad  
sacramenta summā curā  
summamq; persperimū  
habere diligenciam; ne  
quis eorum qui accedit

in aliquo deferat consci-  
entiam maculatam in-  
tantum ut eos etiam  
de his commoueret  
que accidere per somp-  
nia hominibus solent  
uel per phantasias mu-  
lieribus apparentibus  
uel etiam per natural-  
humoris habundanti-  
am; Dicebat ergo si qui-  
dem absq; mulierum  
phantasias tale aliquid  
eueniat non esse pecca-  
tum. conuenit enim  
humor in corpore ubi  
propria repleuerit re-  
ceptacula. suis necesse  
est ut meatibus egera-  
tur et ideo non trahit  
ad peccatum; Vbi uero  
uisus mulierum et blan-  
dimenta carnis occur-  
runt in hoc iam desite-  
ris anime et erga hu-  
iusmodi cogitationes  
atq; illecebras occupa-  
te dan confirmabat in-  
dicia; Debere ergo mo-  
nachos aiebat omni

genere a cogitationibus suis repellere huiusmodi simulacra nec indulgere omnino in hec delabi sensus suos alioquin nihil differre ab hys q' secundum carnem uiuunt. quoniam si fieri potest etiam in eo satis agere debere. ut per multam continentiam ipsam superent habundantiam naturalem. fluxus q' eius labem orationis ac ieiunij continuacione restringant; Deniq' dicebat. et hys qui in delicijs uiuunt. et si forte corporis sui egritudo deposcat. ab omnibus que noxia esse iudicauerit medicus. abstinerebunt. cur non multo magis hoc monachus faciat. si anime et spiritus sanctas expetenda est.

**De abbate hor. xvi.**

**Q**uidimus et alium apud thebaidem mirabilem uirum nomine hor; hic multorum

erat pater monachorum: qui habitu ipso honore uidebatur angelica. nona ginta iam agens etatis annos barba prolixa et claritatis canicie splendida uultu et aspectu ita letus ut plus aliquid haberet quam hominis natura paterecur; hic prius in ultima heremo plurimis abstinentie laborib; exercitatus. postremo in uicino urbis monasterium instituit; In adiacentib; autem habitacionis sue locis diuersi generis arborum siluas. ipse plantata ponendo conseruit in quibus ut nobis aplibus sanctis patribus affirmatum est. ante illius aduentum nullum omnino uirgultum fuit; De hoc autem plantauit hanc siluam. ut fratres quos ibi congregare cupiebat. non haberent necessitatem ligni gratia longius euagandi. habens

curam et in hijs que mi-  
nisterio corporis necessa-  
ria sunt. sed precipue sa-  
lutis eorum ac fidei; Ipse  
tamen cum esset in here-  
mo herbis pascebatur et  
radicibus quibusdam et  
hec ei dulcia uidebantur.  
aquam uero si quando in-  
uenisset bibeat. oratio-  
nibus et hymnis occupans  
omne diei tempus ac noc-  
tis; ut autem ad maturam  
peruenit etatem. appa-  
ruit ei angelus domini  
in heremo per uisum di-  
cens; Eris in gente mag-  
nam. et multus tibi po-  
pulus credet. et erunt  
per te saluanda multa  
milia hominum; Quan-  
tos cumque autem in hac  
uita positus conuerteret  
ad salutem. super tantos  
principatum accipies in  
futurum; Et nichil uereca-  
ris nunquam enim aliquid  
deert tibi eorum que ad  
usum corporis pertineunt;  
quod dicens hec poposcens

adeo; hec cum audisset  
ad uiciniora loca perit.  
et primo solus sub par-  
uo tugurio quod ipse  
construxerat habitare  
cepit; holeribus compo-  
sitis uescens solis. inter-  
dum etiam post continu-  
ata ieiunia; Litteras pri-  
mo ignorauit; Cum autem  
de heremo ad hec que  
supradiximus uiciniora  
habitaacula accessisset.  
data ei diuinitus gracia  
est; Et cum ei a fratribus  
oblatus fuisset codex.  
quasi olim iam sciens lit-  
teras legere cepit; Col-  
lata est ei et aduersus  
demonas uirtus. ita ut  
multi ex hijs quos urge-  
bant demonas etiam  
inuiti ad eum raperent.  
protestantes summo et  
clamore de meritis eius;  
Sed et alias quam plu-  
rimas sanitates opera-  
batur; Congregabant  
interim ad eum plurime  
multitudines monacho



†

rum; Inter quos cum nos  
 etiam aduenissemus: uisus  
 nobis: letissimus reddi;  
 Cumque salutans nos oras-  
 set. more sibi solito pedes  
 hospitum propriis manu-  
 bus lauit. et docere nos  
 ex scripturis que ad edi-  
 ficationem uite ac fidei  
 pertinent cepit; Erat e-  
 nim ei docendi gratia a  
 deo collata; Cum itaque p-  
 plurima scripturarum no-  
 bis capitula sapienter  
 differuisset. rursus ad o-  
 rationem conuertebat;  
 Consuetudo autem erat  
 illi non prius corporale  
 cibum sumere: quam  
 spirituale in casti comu-  
 monem perciperet; Quo  
 percipito. post gratiarum  
 actionem adhortari nos  
 etiam ad reficiendum cepit;  
 Ipse tamen sedens nobis  
 cum nunquam cessabat  
 aliquid de studiis spiritu-  
 alibus commoneere; Nar-  
 rabat ergo nobis tale a-  
 liquid; Scio inquit homi-

nem quendam in heremo  
 per tres continuos annos  
 nullum sumpsisse terrenum  
 cibum; Angelus enim dei  
 terna quaque die escam ei  
 deferrebat celestem; et hic  
 ei cibus erat hic potus; Et  
 iterum scio huiusmodi ho-  
 minem quia uenerunt ad  
 eum demones in specie ce-  
 lestis militiae et habitu an-  
 gelorum currus igneos a-  
 gentes plurimo apparatu  
 tamquam aliquem magnam  
 regem deducentes. huiusque  
 qui acetens ut rex haberi  
 uidebatur. dicebat ad illum  
 qui hec uidebat; Implesti  
 omnia o homo superest  
 ut adores me et transferam  
 te sicut heliam; Sed mo-  
 nachus hec audiens dice-  
 bat in corde suo; Quid est  
 hoc quod dicitur. Ego co-  
 tidie saluatorem qui est  
 rex meus adoro. hic si ille  
 esset quomodo hoc a me  
 posceret. quod indefinenter  
 me facere sciret; Et post  
 hec respondit ad ipsum;

Ego habeo meum regē  
quem cotidie sine inter  
missione adoro. tu autē  
fallax non es rex meus;  
Et continuo inimicus  
ad hec uerba nusquam  
comparuit; Verum hec  
ille quasi de alio nobis  
narrans. sua gesta sub al  
terius persona nobis me  
morabat; Patres tamen  
qui aderant ipsi nobis  
confirmabant quod ipse  
esset qui hec uidisset et  
audisset; Erat enim hic  
magnificus pater q̄ inter  
cetera bona hoc etiam h̄  
hoc prestabat aduenien  
tibus fratribus et cū ipso  
habitare uolentibus; fa  
ciebat conuocare fratres  
qui secum erant et ī vna  
die aduenienti fratri cel  
lulam edificauit; Et erat  
in hoc opere magna ala  
citas fratrum. unoquoq; e  
orum festinante lateres  
conuehere. aut lutū por  
rigere. aut aquam infū  
dere. aut ligna deferre;

Vbi uero perfecta fuisset.  
ipse cum omnibus utē  
sibilibus uel necessarijs  
instructam fratri trade  
bat; Hic aliquando cū  
falsus quidam frater  
ad se uenisset et ut uide  
retur nudus uestimen  
ta sua occultasset argu  
it eum coram omnibz;  
et in medium que oc  
cultauerat protulit;  
Quo facto ita pertimu  
erunt omnes. ut de re  
liquo nemo auderet co  
ram ipso fallere; Tanta  
erat in eo uirtus animi.  
et tanta diuine gracie  
magnitudo. quam ab  
stinencie labore et fidei  
puritate quesierat; uul  
titudines autem fratrum  
cum ipso posite tanta  
gracia erant replete ut  
cum ad ecclesiam cōue  
nirent chori angelorum  
uestibus ac mentibus  
resplendentibus ad imi  
tationem uirtutum ec  
lestium. Hymnis et lau

ribus dei per iugiles  
viderentur; **De civitate**

**V**enimus **oxiriucho**  
autem et ad **xxii**;  
civitatem quandam the-  
baidis nomine oxiri-  
chum in qua tanta reli-  
gionis deprehendimus  
bona ut ea nemo dig-  
ne sufficiat enarrare; Re-  
pletam namque eam mo-  
nachis intrinsecus uidi-  
mus. et extrinsecus ex  
omni parte circumdatam;  
Ledes publice si que in  
ea fuerant et templa su-  
perstitionis antique ha-  
bitationis nunc erant  
monachorum. et per to-  
tam civitatem multo  
plura monasteria quam  
domus uidebantur; **S**unt  
autem in ipsa urbe qui-  
a est ampla ualde et po-  
pulosa duodecim ecclesi-  
e in quibus publicus  
agitur populi conuictus  
exceptis monasterijs in  
quibus per singula ora-  
tionum domus sunt;

**S**ed nec porte ipse nec tur-  
res civitatis. aut ullus oi-  
no angulus eius mona-  
chorum habitacionibus  
uacat. quique per omnem  
partem civitatis die ac  
nocte ymnos et laudes deo  
referentes urbem totam  
quasi unam dei ecclesiam  
faciunt; Nullus enim ibi  
inuenitur aut hereticus  
aut paganus. sed omnes  
ciues christiani. omnes ca-  
tholici sunt ut nichil om-  
nino differat siue episco-  
pus in platea oracione.  
siue in ecclesia iudicat;  
**I**psi quoque magistratus  
et principales civitatis  
et reliqui ciues studiose  
per singulas portas statu-  
unt qui obseruent. ut si-  
bi apparuerit peregrinus  
aut pauper; certatum  
ad eum qui preoccupa-  
uerit adductus que sunt  
necessaria consequatur;  
**D**e his autem que erga  
nos ab ipsis populis ges-  
ta sunt uidentibus transi-

re nos per ciuitatē suam  
et uelut angelis occurrē  
tibus atq; honorem defe  
rentibus quomodo enar  
rem. aut de ipsis mona  
chis et uirginibus quoz  
in numero multitudines  
ut supradiximus in illa  
urbe habentur. Requirē  
tes enim nos a sancto e  
piscopo loci ipsius uigin  
ti milia uirginum et decē  
milia monachorum inibi  
haberi comperimus; Quo  
rum omnium affectum  
erga nos et honore quē  
erhibebant nobis expo  
nere nec sermo sufficit. n̄  
uictundia permittit. quo  
modo pallia nostra scin  
derentur unoquoq; nos  
sibi rapiente. et ad se duce  
re cupiente; Vidimus quoq;  
ibi plurimos sanctorum  
patrum diuersas dei gra  
tias habentes alios in uer  
bo dei. alios in abstinentia.  
alios in signis et uirtu  
bus ministrantes; **De scō  
serapione monacho xxiii.**

**V**idimus et alium  
quendam presbi  
terum in regione  
arsinoite nomine sera  
pionem multorum mo  
nasteriorum patrem s̄b  
cuius cura plura et disp  
sa monasteria quasi decē  
miliū habebantur mo  
nachorum. qui omnes e  
ex laboribus propriis.  
quos precipue messis tē  
pore mercede manuum  
conquirebant. partē plu  
rimam ad supradictum  
patrem conferentes in  
usus pauperum destina  
bant; hoc autem moris  
erat. non solum ipsis. sed  
et omnibus pene egyp  
tis monachis ut messis  
tempore se locent ad me  
tendum operam suam.  
atq; ex eadem mercede  
octogenos vnusquisq;  
modios frumenti plus.  
minusue conquirant.  
et horum partem pluri  
mam pauperum usibus  
offerunt. unde nō solum

regionis ipsius indigētes alantur. sed et alexandriam naues onyſte frumento dirigant. uel in carcerem conclusis. ut reliquis peregrinis atq; egentibus prorogande; Neq; enim intra egyptū sufficiunt pauperes qui possint misericordie corū fructus. et largitatis assumere; vidimus autem et in regionibus memphes et babilonis innumeras multitudines monachorum apud quos diuersas uirtutū gratias ac morum ornamenta perspeximus; Ibi autem tradunt esse loca illa in quibus ioseph fertur recondidisse frumenta quos et thesauros ioseph uocant. alij uero pyramides quas dicunt ipsas esse in quibus tunc frumenta congregata sunt;

**De scto apollonio;**  
 Uadebant seniores fuisse quendam perse-

cutionis tempore nomine apollonium; Qui cum magnificam uitam egisset inter fratres. etiam dyaconus ordinatus est; Tempore ergo persecutionis erat ei studium singulos quosq; circuire fratres: et cohortari eos ad martirium; Cumq; fuisset etiam ipse comprehensus et in carcerem trusus gentium plurimi tamquam insultantes ueniebant ad eum. et uerbis blasphemis et impiis confutabant; Inter quos fuit quidam philemon nomine coranla famosissimus. et omni populo amabilis; Qui cum multis eum facigaret iniurijs impium et scelestum et seductorem uocans. multorumq; mortalium deceptorem. dignumq; esse ab omnibus odio haberi; Cumq; hec et multa alia aduersus eum grauiora loqueretur respondit ei apollonius

dicens; Misereatur tibi do-  
minus fili. et nichil tibi h-  
horum que locutus es re-  
putet ad peccatum; Hec  
cum audisset philemon  
corde conpunctus est. uim  
q̄ uerborum eius supra hu-  
manum morem in sua me-  
te persensit. incantum ut  
xp̄istianum se repente fate-  
retur; Et inde statim puo-  
lat ad tribunal iudicis atq̄  
in conspectu totius populi  
proclamans iniuste inquit  
agis o iudex iniquitatis:  
uiros religiosos et deo a-  
mabiles puniens. nichil e-  
nim mali christiani uel faci-  
unt uel docent; sic ille hec  
audiens primo quidē pu-  
tabat ut pote loci illius ho-  
minem. ioci aliquid propo-  
nere. sed cum uidisset hec  
eum sedule prosequentē  
et cum omni constancia as-  
serentem. dicit ad eū; Insa-  
nus inquit o philemon et  
mente captus est subito; sic  
ille dicit; Ego non sum isa-  
nus sed tu iniustissimus et

in sanissimus iudex es. q̄  
tot iustos iniuste peri-  
mis uiros; Ego enim  
christianus sum. quod ē  
genus optimum homi-  
num; Tunc ille corā po-  
pulo cepit eum primo  
plurimis blanditijs re-  
uocare uelle in id quod  
eum nouerat; Sed ubi  
immobile uidit. omnia  
intendit in eum gene-  
ra tormentorum; Cogi-  
to uero quod ex uerbis  
apollonii hec facta fue-  
rit permutatio. corrup-  
tum etiam apolloniū  
grauioribus subdit tor-  
mentis. et deceptoris in  
eum crimen eraggerat;  
Apollonius uero dicit  
ad eum; Vanam et tu  
iudex et omnes qui as-  
sistunt et audiunt me  
hunc meum quē diabo  
errorem. deceptionem  
q̄ sequeremini; sic ille  
ubi hec audiuit. et ipsū  
et philemonē ignibus  
trahi in conspectu populi

h iussit; Illi uero post q̄  
 ingressi sunt flammās be  
 atus apollonius cunctis  
 audientibus clamabat ad  
 dominum dicens; Non  
 cradas domine bestijs a  
 nimas confitentes tibi;  
 sed ostende nobis eundē  
 ter salutare tuum; Igit̄  
 ubi hec in auditu populi  
 et iudicis ad dominum  
 locutus est apollonius.  
 repente nubes repleta ro  
 re circumdedit uiros. et  
 flammās accensi ignis  
 extinxit; Super quo stu  
 pefacti et iudei et popu  
 lus una omnes uoce cla  
 mare ceperunt; Magnus  
 et unus deus christianor  
 solus; Sed hec cum fuiss̄  
 sent prefecto alexandri  
 no nunciata. semet ipso  
 truciencior redditur. et  
 electis quibusdam de of  
 ficio suo crudelissimis r̄  
 seuisissimis. non tam ho  
 minibus quam bestijs;  
 mittit et iubet quod et  
 ipsum iudicem qui mira

vlib; diuinis crediderat.  
 et eos per quos uirtus dei  
 apparuerat. uinctos alex  
 andriam adducerent; Igi  
 tur cū adducerentur pari  
 ter omnes uincti affuit  
 gloria dei in uerbo. et cepit  
 apollonius eos qui se uic  
 tos ducebant fidem dei  
 docere; Auḡ cum domi  
 ni misericordiam credidiss̄  
 sent. et fidem dei tota cor  
 dis firmitate percepisset  
 semet ipsos cum hys <sup>quos</sup> er  
 bere uenerant uinctos of  
 ferunt iudici. et xpustianos  
 se esse pariter profitent̄;  
 Quos cum prefectus in  
 fide domini pertinaces  
 et immobiles peruidisset  
 uniuersos pariter iubet  
 in profundum maris di  
 mergi. ignorans impius  
 quid ageret. hoc enī sanc  
 tis non mors sed bap  
 tismum fuit; Sed et horum  
 corpora dei sine dubio p  
 uidentia integra illibata  
 q̄ maris unda reportauit  
 ad litus que ab hys qui

obsequii causa summa ue-  
nerant suscepta ac reuo-  
cata sub uno sepulchri do-  
micalio collocata sunt. a  
quibus vsq; ad presens te-  
pus uirtutes multe et sig-  
na miranda omnibus co-  
sumuantur; Sed et uota  
omnium atq; oraciones  
suscipiuntur ab eis. et cu  
fructu periciones implen-  
tur; Quo etiam et nos di-  
dignatus est dominus ad-  
ducere. et uota nostra ora-  
ciones q; complere; **xxvi;**

**De nitrie monasterijs**

**U**enimus autem et  
ad nitrie famosissi-  
mum in omnibus egyp-  
ti monasterijs locum qui  
quadraginta fere milib;  
abest ab alexandria ex no-  
mine uici adiacentis in  
qua nitrum colligit nitri-  
e uocabulum trahens. p-  
spiciente. hoc credo iam  
tunc diuina prouidenci-  
a. quod in illis locis pec-  
cata hominum tamqua  
nitro sordes abluende es-

sent et abolende; In hoc  
igitur loco quingenta  
fere aut non multomi-  
nus cernuntur uicinia  
sibi et sub uno posita ta-  
bernacula in quibus ali-  
qui plures simul. aliqui  
pauci. non nulli etiã sin-  
gulares habitant. 7 ma-  
sionibus quidem diuisi.  
animo autem ac fide ac  
caritate ualde coniunc-  
ti. et in separabiles ma-  
nent; huic ergo cum ap-  
propinquarem loco  
ubi peregrinos fratres  
aduenire senserunt con-  
tinuo uelut examen a-  
pium singuli quicq; ex su-  
is cellulis proruiunt. atq;  
inobuiam nobis lecto cur-  
su et festina alacritate  
contendunt portantes  
secum quam plurimi ip-  
sorum urceos aque. et  
panes. secundum quod  
propheta corripens qsb-  
dam dicit. quia non ex-  
istis filijs israel obuia-  
tum pane et aqua; Tunc



47

demde susceptos nos ad  
 ducunt primo cum psal  
 mis ad ecclesiam pedes  
 lauant. ac singuli quicq  
 linteis quibus utebant  
 abstergunt quasi ue la  
 borem leuantes. re aute  
 uera uite humane erup  
 nas mysticis traditio  
 nis abluentes quidem  
 ergo nunc de humanita  
 te eorum quid de officijs  
 quid de caritate loquar.  
 cum omnes gestiret nos  
 ad suam quicq; introduce  
 re cellulam. et non ea so  
 lum que hospitalitati te  
 ventur explerent. sed isu  
 per de humanitate qua  
 ipsi pollebant docere aut  
 de mansuetudine atq; a  
 lijs huiusmodi bonis q  
 apud illos uelut ad hoc  
 ipsum de seculo seques  
 tratos diuersa quidem  
 gracia. una tamen eade  
 q; doctrina discuntur;  
 Nusquam sic uidimus  
 floere caritatem nusqm  
 sic uidimus opus ferue

re misericordie. et studium  
 hospitalitatis impleri;  
 Scripturarum uero diuina  
 rum meditationes. et in  
 tellectus atq; sciencie diu  
 ne nusquam tam euides  
 exercitium ut singulos pe  
 ne eorum oratores credas  
 in diuina esse sapientia;  
 Post hunc uero alius est  
 locus in deserto interiore  
 decem fere ab hoc milib;  
 distans; Quem locum pre  
 multitudine dispersarum  
 in heremo cellularu cellia  
 nominarunt; Ad hunc lo  
 cum hij qui prius fuerint  
 imbuti. et secretiore iam  
 depositis rudimentis du  
 cere uolunt uita secedunt;  
 Heremus est enim uasta  
 ac cellule tanto inter se  
 spacio distantes. ut neq;  
 in conspectu sibi inuicem.  
 neq; in uocis auditu sint  
 posite; Singuli per cellulas  
 comanent; silenciu igens  
 et quies magna est inter  
 eos; Die tantum sabbati  
 et dominica in unum ad

ecclesiam coeunt. et sibi  
metiplos inuicem tamq̄  
celo redditos uident; Siq̄s  
forte in conuentu illo de  
fuerit. intelligunt statim  
cum corporis aliqua ine  
qualitate decentū. et ad  
uiscandum eum nō om  
nes quidem simul diuer  
sis tamen temporibus  
abeunt portantes secum  
vnusquisq̄ si quid apud  
se est quod egro possit g  
gratum uideri; Aliā uerō  
ob causam nullus audet  
proximi sui obturbare si  
lencium. nisi quis forte p  
possit in uerbo instruere.  
et uelut athletas in ago  
ne positos sermonis con  
solacione perurgere; Mul  
ti ipsorum a tribus ⁊ qua  
tuor milibus ad ecclesiam  
coeunt; Et cum longo ase  
metipsis spacio habita  
cionis cellule eorum diu  
mantur. caritas in eis tan  
ta est et tanto intra semet  
ipsos et erga omnes fra  
tres constringunt affectu.

ut in ammiracione et ex  
emplo sint omnibus;  
Vnde et si quis forte volu  
erit habitare cum eis u  
ubi intellererint unuf  
quisq̄ cellam suam of  
fert. **De scō ammonio xx**

**U**idimus quendā **vij**;  
apud eos uenera  
bilem patrem ammoni  
um nomine. uirum ique  
deus omnem plenitudi  
nem spiritualium concu  
lerat gratiarum; Carita  
tis in eo gratiam cum ui  
deres nichil tale usquā  
uidisse te diceres; Sed si  
humilitatem considera  
res. longe eum in hoc do  
no potentiozem ceteris  
estimares; Et rursus si pa  
tenciam. si mansuetudi  
nem si benignitatem in  
singulis eum uirtutib⁹  
ita precellere iudicares.  
ut quid cui preferri debe  
at ignorares; Donum u  
uero tantum sapencie.  
et sciencie ei conculerat  
dominus. ut nullū fere

ex omnibus patribus ita penetrasse aulas totius scientie crederes. sed nec ita aliquem receptum esse intra cubiculum sapientie dei omnes qui eum uiderant fatebantur; huic erant duo fratres eusebius et eutemius; Nam Dioscorus qui maior natu in eis fuerat. ad episcopatus gratiam raptus est; hi ergo fratres erant. et non solum carne sed etiam uita atque institutione. et tota animi uirtute germani; Qui omnes simul eos qui in illis locis habitabant fratres tamquam si nutrix foueat filios suos ita unumquemque instruere et consolabantur. et docentes ad summam perfectionem nitebantur educere;

**Q**uidimus .. cere;

ergo supradictum hominem dei ammonium habentem monasterium inter eos muro circumdatum. quod in illis locis ex

lateribus rudis fieri facile solet. amplum et omnibus necessariis instructum. in quo etiam puteum ipse foderat; venit autem quidam frater saluari apud eos uolens. adijt eundem ammonium interrogans si tibi esset cellula vacans in qua habitare posset; Tunc ille; Ego inquit requiram. sed donec inueniam hic esto in monasterio. ego enim iam nunc egrediar ut requiram; Et relinquens ei omnia pariter cum monasterio. ipse procul ab eo loco paruissimam cellulam reperit atque in ea se constituit. frater quoque qui nuper aduenerat cum omnibus que in eo fuerant cessit monasterio; Sed et si plures fuissent qui forte uenirent ad eos et saluari cuperent: supradictus uir fratribus congregatis omnibus cum alacritate iuuantibus sub die una monasterium construerebant. et cum singulis quibusque

monasterium

expleuissent monasterium.  
inui tabantur hi qui ma-  
suri erant ad ecclesiam quasi  
refectionis gratia; Quibus  
inibi occupatis unusquisque  
fratrum de cellulis suis  
proferentes que necessa-  
ria erant singulorum nouas  
cellulas instruebant. ita  
ut consolacione caritatis  
nichil omnino uel utensi-  
lium que ad uictum re-  
quiruntur deesset. et ma-  
nifesta fieret uniuscuiusque  
oblacio; Regressi ergo ad  
uesperam. hi quibus cel-  
lule fuerant preparate in-  
ueniebant posita omnia  
que ad usus erant necessa-  
ria. et ita instructa. habi-  
tacula. ut nichil prorsus de-  
esse conspicerent.

**Q**uidimus inter eos  
quendam ex senioribus  
uirum bonum nomine di-  
didimum. in quo multa erat  
gratia domini. quam in  
eo etiam uultus ipsius in-  
dicabat; Hic scorpiones  
et cornutas bestias quas

cerastes uocant et angues  
qui in illis locis post fer-  
uorem solis acerrimi ha-  
bentur. tamquam terre  
quosdam uermiculos con-  
culcabat. et ita extingue-  
bat ut nichil omnino ni-  
mali ab hijs pateretur;

**Q**uidimus apud eum  
et alium summe  
antiquitatis patrem cro-  
nium nomine in senec-  
tute bona et perfecta e-  
tate durantem; Tentum  
namque et decem etatis  
sue agebat annos; hic  
ex discipulis ad huc bea-  
ti antony super erat cum  
inter ceteras animi uir-  
tutes. humilitatis gra-  
ciam uidimus imensam;

**E**rat autem et alius  
ad huc ex discipulis  
antony origenes nomi-  
ne. uir per omnia mag-  
nificus et summe pru-  
denae; Cuius narracio  
et sermo de uirtutibus  
optimi magistri homi-  
nis dei edificabat audi-

entes omnes et inflam  
mabat uehementer: ita  
ut oculis cerni que ab ip  
so narrabantur putares;

**V**idimus ibi et sapi  
entissimum uirum  
ac per omnia mirabile  
euagrium; Cui inter ce  
teras animi uirtutes ta  
ta concessa est gracia dis  
cernendorum spirituum.  
et purgandorum sicut  
apostolus dicit ut nullus  
alius putaretur ex patri  
bus ad tantam sublimi  
um et spiritualium reru  
scienciam peruenisse; Cui  
quamuis rebus ipsis et  
experimentis et quod e  
super omnia per gracia  
dei magna collata fue  
rit intelligencia. accessit  
et hoc ut multo tempo  
re instructus fuerit abe  
ato machario quem fa  
mosissimum in dei gra  
tia signis qz et uirtutib  
insignem fuisse omnib;  
notum est; Hic ergo eua  
grius incredibilis erat

abstinencie; Super omni  
a tamen monebat fratres  
si qui forte studium gere  
rent uel humiliandi cor  
poris uel phantasias ab  
eo demonum repellendi  
ne in bibenda aqua lar  
giori mensura uterentur.  
Dicebat enim quia si aq  
multa corpus infunda  
tur maiores phantasias  
generat. et largiora recep  
tacula demonib; prebet;  
Sed et multa alia de ab  
stinencia summa cu deli  
beracione dicebat; Ipse  
autem non solum aqua  
parcissime utebatur. sed  
et pane penitus abstine  
bat; Illi uero qui in illis  
locis morabantur fratres  
pane solo et sale contenti  
erant; Et in illa omni ml  
titudine uix inuenires  
aliquem qui oleo saltem  
uteretur. plures autem in  
eis nec iacentes somnu  
sed stantes. et ut ita dica  
in meditatione diuinor  
uerbor positu capiebant;

**S**icut **De scō ammonē**  
sane habitacionis mo-  
nasteriorum que sunt in  
uicia. summum tradebat  
ammonem quendam; Cui  
animā cum esset a cor-  
pore iudic fieri ad celum  
sanctus antonius sicut  
refert scriptura illa que  
uitam describit antony;  
Hic igitur ammon loci  
plenibus et generosis pa-  
rentibus natus est: a qui-  
bus inuitus ad nuptias  
cogitur; Et cum uim pa-  
rentum non posset effu-  
gere. accepta uirgine cū  
intra nuptiales thalamos  
conuenissent. et data eis  
essent cubiculi secreta silē-  
tia alloqui puellam de  
pudicitia et de conseruā-  
da uirginitate cepit hor-  
tari dicens; Quia corrup-  
tio sine dubio inuenit cor-  
ruptionem. et incorruptio  
in corruptionem sperat;  
Multo melius est si uter-  
q; nostrum in uirginitate  
perduret. quam ut alter

corumpatur ex altero; sic  
quiescit uirgo. silencio te-  
gitur incorruptionis the-  
saurus; Cumq; plurimo  
tempore solius dei con-  
tenti testimonio deo ma-  
gis essent quam carne  
sanguine q; coniuncti p-  
post obitum parentum  
ille quidem ad hunc in-  
cū deserti secessit locū.  
uirgo uero intra domū  
residens breui tempore.  
et ipsa multitudini uir-  
ginum. et ipse multitu-  
dini presuit monachor;  
Cumq; secretis resideret  
in heremo adolescens  
quidam qui morsu canis  
rabidi actus in rabiem  
uersus erat multis uinc-  
tus catenis ad eum dedu-  
citur. prosequenti; eū  
parentibus et rogantib;  
pro eo; At ille; Quid mi-  
hi molesti estis homi-  
nes; Supra merita mea  
est quod expectatis; Sed  
tamen hoc uobis iudica-  
re possum quod in ma-

nibus uestris est sanitas eius; Reddite uidue boue quem furati estis. et sanus uobis redditur filius uester; Ac illi extimuerunt quidem quod ea que in secreto gesta sunt non lauerunt hominem dei gauisi sunt tamen qd hanc eis uiam salutis ostēdit. et sine mora ut reddiderunt direpta. orante homine dei etiam iuueni sanitas redditur;

**A**lio quoq; tempore cum uenissent ad eum quidam probare uolens animos ipsorum dicit dolium sibi esse necessarium. ubi aquam p aduenientibus congregaret; Et cum pollicati fuissent perlaturos se. vn̄ er ipsis graue sibi dicit dicens posse perclitari camelum suum si ei tam graue onus imponeret; Et ait ad alterum; Tu si uis aut potes defer; ego camelo meo parito ne

monatur; Tum alter michi inquit ut ipse nosti camelus non est. sed asinus; Numquid potest quod camelus portare nō ualet asinus portare. At ille facti inquit quod uis. tu uideris. ego enim non interinam camelum meum; Tum ille. ego inquit iponam asino meo pondus quod tu camelo tuo onerosum dicas et merita hominis dei facient quod impossibile est esse possibile; Et ita impositum dolum asino peruenit usq; ad monasterium hominis dei. ita ut nec asinus sentiret si aliquid oneris portaret; Quem ubi uidit ammon. bene fecisti inquit in asino deferens dolum. college enim tui mortuus est camelus; Et regressus inuenit ita gestum. ut p̄dixerat famulus dei; Sed et multa alia per eum dominus signa ostendit; n̄ Jam et fluuuim nilum

cum transire uellet. et erue  
re se erubesceret. subito in  
alteram ripam translat<sup>us</sup>  
est; Beatus autem anto  
nius in summa ammira  
tione uite eius institutio  
nem atq; animi uirtutes  
habuisse memoratur;

### **De sancto ueno xxvii**

**U**idimus et alium senē  
in mansuetudine om  
nes homines precelle  
ntem uenū nomine. de  
quo asseriebant fratres  
qui cum ipso erant quod  
neq; iuramentum nec mē  
dacium ex ore eius pces  
serit. neq; ullus hominū  
uacū eum uiderit aliquā  
do. aut sermonem super  
fluum otiosum q; profe  
rentem. sed erat uita eius  
in summo silencio. mores  
q; tranquilli et per omni  
a quasi angelici ordinis  
uir humilitatis quoq; in  
uicē et in omnib; pro  
nichilo semet ipsum ducēs;  
Deniq; multum nobis ro  
gantibus ut aliquem ser

monem ab eo edificatio  
nis audiremus. uir ipe  
trare potuimus ut pau  
ca nobis de mansuetu  
dine loqueretur; hic ali  
quando cum bestia que  
ippotamus appellatur.  
regionem sibi proximā  
uastaret. rogatus ab a  
gricolis uenit ad locum;  
Et cum inmanem beluā  
peruidisset. ait ad eam;  
Precipio tibi in nomine  
iesu xpi ne ultra uas  
tes hanc terram; Tunc  
illa quasi angelo perse  
quente effugata nusq;  
omnino comparuit. si  
mili modo etiam corco  
drillum ab eo alio tem  
pore fugatum phibent;

### **De sancto ysidoro.**

**U**idimus. xxviii;  
Et apud thebaidā  
etiam ysidori monaste  
rium nominatissimū  
amplissimis spacijs ar  
cumseptum muroq; cir  
cundatum mille in quo  
habitantibus uiris lar



57  
ga prebebantur habita-  
cilia. intrinsecus putei p-  
plures orti irrigui. omni-  
um quoque pomorum ar-  
borumque paradisi et quicunque  
necessaria usibus erant  
sufficiens immo habun-  
danter prouisa. Iob hoc ut  
nulli monachorum intrin-  
secus habitantium neces-  
sitas ulla fieret exire  
foras ad aliquid require-  
dum; Senior quidam iur-  
grauis et de primis elec-  
tus ad ianuam sedens  
hoc habebat officium. ut  
aduentantes ea lege sus-  
ciperet. quo ingressi ultra  
non exant; Si ergo semel  
ingredi placuerit. stat im-  
mobilis lex; Sed quod a-  
mirabilius est. ingressu  
non iam legis necessitas.  
sed uite beatitudo retinetur  
et perfectio; hic ergo se-  
nior in ianua ubi ipse co-  
manet ad herentem sibi h-  
habet hospitalē cellulā  
in qua aduentantes hos-  
picio recipiat. et omni h-

humanitate refoueat; ut  
ergo et nos ab eo suscepti  
sumus introeundi quidem  
nobis copia nulla fuit. ab  
ipso autem didicimus quomodo  
institutionum beatitudo  
gereretur intrinsecus; Du-  
os aiebat esse solos se-  
niore iuros quibus permis-  
sa est egrediendi ingredien-  
dique libertas. qui opera fra-  
trum dispensarent. et que  
necessaria sunt inferre cu-  
rarent. ceteros uero ita esse  
in silentio et quiete oratio-  
nibus. et religiosis studiis  
operam dantes atque animi  
uirtutibus polientes. ut o-  
mnes signa faciant. et  
quod uere omnium mirifi-  
cum signum sit nullus eorum  
egritudinem cuiusque infir-  
mitatis incurrit; sed cum  
unicuique finis uite adue-  
nerit omnimodis prenos-  
cens. et indicans ceteris fra-  
tribus suis. atque omnibus  
uale dicens. ad hoc ipsum  
recubans spiritum letus  
emittit;

**A** De abbate syro xxix.  
Abbas syrus aliquan-  
do. et ysaias et pau-  
lus occurrerunt sibi iu-  
cem ad ripam fluminis.  
erant autem isti uiri su-  
me abstinentie et totius  
religionis. hi pergebant  
uisitare sanctum quen-  
dam uirum nomine a-  
nuph; sicut erat ante mo-  
nasterium ad quod ibant  
mansionibus tribus. Cui  
ergo uellent transire flu-  
uuium nec esset copia tran-  
seundi. uenit ad semetip-  
sos; Petamus a domino  
gratiam ut inueniamus.  
ne impediatur nobis bo-  
ni operis iter; Et conuer-  
si ad abbatem syrum tu-  
auit pete precipue a do-  
mino scimus audire te.  
quia prestat tibi que pe-  
tieris; sic ille cohortatus  
etiam ipsos genua secum  
curuare in oratione pro-  
strauerunt se in faciem  
coram domino; Et cum  
impleta oratione surrex-

issent. ecce uident appelli-  
nauigium ad ripam flu-  
minis. ad iter quod actu-  
ri erant expeditum; hoc  
ascendentes aduersum  
fluminis cursum ita ue-  
lociter ferri ceperunt ut  
intra horam unam toti-  
us itineris quod acturi  
erant per triduum con-  
ficerent spacium; Cumque  
applicuissent ad terram.  
ysaias ait; Dominus os-  
tendit michi uirum ad  
quem properamus occur-  
rentem nobis. et unius  
cuiusque nostrum secreta  
cordis apperientem; Sed  
et paulus ait; Et michi  
dominus ostendit quod  
post triduum educat eu-  
de hoc mundo; Cui ergo  
iter quod ducit ad monas-  
terium de flumine incede-  
re cepissent. progressique  
paululum essent occur-  
rit eis supradictus uir  
ad quem uisitandum per-  
gebant et salutans eos  
ait; Benedictus domi-

nus qui uos nunc michi  
 in corpore. et ante osten  
 dit in spiritali; Et tunc ce  
 pit de uniuersisq; eor  
 meritis que habebant  
 apud deum atq; actibus  
 memorare; Tunc paul  
 ait; A m et nobis domi  
 nus ostendit quod post  
 triduum te de hoc mun  
 do assumat. petimus a  
 te ut etiam de tuis nob  
 uirtutibus et actibus q  
 quibus deo placuisti e  
 narres. nec uerearis iac  
 tantie notam. abcessurus  
 enim de hoc mundo ad  
 imitationem postens ges  
 torum tuorum memoria  
 derelinquas; Tum ille nic  
 hil inquit magnu me fe  
 cisse memini. hoc tamen  
 custodiu ex quo nomen  
 saluatoris nostri in perse  
 cutione confessus sum ne  
 post confessionem uerita  
 tis mendacium de ore me  
 o procederet. neq; post a  
 morem celestium terreni  
 aliquid amarem; Sed

nec in hys gratia domini  
 defuit michi; Numquam  
 me enim fecit egere aliqd  
 terreni. omnem que desi  
 deravi cibum angelorum  
 deferens ministerio; Nichil  
 horum occultauit domini  
 michi que geruntur in ter  
 ris; Numquam defuit cor  
 di meo lux eius. per qua  
 suscitatus somnum corpo  
 ris non requirerem. desi  
 derium semper habens  
 uidendi eum; Sed et an  
 gelum suum assistere mic  
 hi semper fecit. edocente  
 me de singulis quibusq;  
 uirtutibus mundi; Lux  
 mentis mee numquam  
 extincta est; Omne quod  
 peccj a domino sine mora  
 consecutus sum; Ostedit  
 michi frequenter multi  
 tudines angeloru assiste  
 tium sibi. uidi cecus iusto  
 rum. congregaciones mar  
 turum. monachorum con  
 uentus. omnium q; sanc  
 torum eoru dum tarat  
 quorum opus non est

aliud nisi laudare semp  
et benedicere deum i sim  
plicitate cordis et fide; vi  
di e contrario sathanan  
et angelos eius eternis  
ignibus tradi. rursum u  
idi iustos eterna leticia  
pfrui; Cumq; hec et mul  
ta alia hys similia per to  
tum triduum narrasset  
eis: tradidit spiritum; Et  
continuo uidentib; ipsis  
ab angelis suscipitur ei  
anima atq; ad celos fer  
tur. ita ut uocem ymnor  
audirent. etiam ipsi qui  
bus una cum angelis a  
nima eius abscedens de  
um collaudabant.

**D**e abbate ammo  
Idinius autem in ue  
thebacoa etiam et  
alium uirum nomine a  
ammonem patrem triu  
milium circiter monacho  
rum. qui tabenen si ap  
pellantur. ingentis ab  
stinencie uiros. quibus  
usus est indui colobys  
quasi factis lincis et pelle

confecta a collo post ter  
gum. et latus descenden  
tem contegi. cucullis et  
am caput operire mari  
me cum ad cibum uen  
tum fuerit eis q; etiam  
faciem uelare ne alius  
alium partius cibum su  
mentem deprehendat;  
Est autem eis in capien  
do cibum summū silen  
cium ita ut ne putetur  
in eo loco aliquis homi  
num esse. ubi sedent ad  
mensas; Et omnis eor  
conuersatio ita est i mul  
titudine posita. quasi ef  
sent in solitudine. dum  
ita latet uniuscuiusq;  
abstinencia ut ab alio  
deprehendi non possit;  
Sedent ergo ad mensa  
continentes magis qua  
sumentes cibum. ut nec  
defuisse mensis. nec tam  
uenti satis fecisse iude  
antur; Maior quippe e  
continencie uirtus absti  
nere que in oculis habet  
tur et manibus;

**D**e sancto paulo sim  
 ut quidam **pluce. xxri.**  
 inter discipulos an  
 tonij paulus nomine  
 cognomento simplex;  
 hic initium conuersaci  
 onis sue huiusmodi ha  
 buit; Cum uxorem suam  
 in oculis suis cum adul  
 tero cubitantem iudiss;  
 nulli quicquam dicens  
 egressus est domū mesi  
 na animi tactus semet  
 ipsum in heremum dedit;  
 Vbi cum anxius obera  
 ret ad monasterium per  
 uenit antony. ibiq; ex  
 loci amenitate et oport  
 unitate consiliū capit.  
 Cumq; adisset antoniū  
 ut iter ab eo salutis inqui  
 reret. ille intuens homi  
 nem simplicis nature e  
 esse respondit ei ita demū  
 eum posse saluari. si hys  
 que a se dicerentur obe  
 diet; Cum ille omnia  
 quecumq; sibi preape  
 ret facturum esse respō  
 dit; ut ergo promissionē

eius probaret antonius  
 ante fores cellule stanti  
 dicit; Hic inquit exspecta  
 me orans donec egrediar;  
 Et ingressus antonius in  
 tinsetus per totam diem  
 et per totam noctem; Per  
 fenestram uero ex occulto  
 frequencius respiciens ui  
 debat eum indefinenter  
 orantem et nusquā proz  
 sus moueri sed stare in  
 estu diei et roze noctis. et  
 ita esse mandati memorē.  
 ut ne parum quidē loco  
 moueretur; Egressus au  
 tem die postera antonius.  
 instituerit eum et docere  
 de singulis cepit. quomo  
 do opere manuū solitu  
 dinem solaretur. et digi  
 tis quidem corporis opus  
 carnale. cogitatione uero  
 mentis et animi intenci  
 one operaretur que dei  
 sunt; Libum quoq; i ues  
 peram sumere eū precepit.  
 sed obseruare ne unquā  
 usq; ad saturitatem ueni  
 ret. et precipue in potu

mansit

confirmans non minus  
per aque habundantiã  
phantasias anime fieri  
quam per vinum calore  
corporis in crescere; Et ubi  
plene eum qualiter se in  
singulis agere deberet  
instruit. in uicino ei hoc  
est in tribus ase mihic  
cellulam constituit. ibiq;  
eum exercere que didice  
rat iubet; Ipse tamen fre  
quentius uisitans gratu  
labatur. deprehendens  
eum in hys que sibi tra  
dita fuerant. tota inten  
tione et sollicitudine per  
manentem; Quadaã autẽ  
die cum uenissent ad sanc  
tum antoniu frates. ma  
gni quidem et perfecti in  
ni accidit autem paulum  
ad esse pariter cum eis; Et  
cum sermo de profundis  
et mysticis rebus habere  
tur cumq; de prophetis  
et de saluatore plurima  
tractarentur. paulus ex s  
simplicitate animi inter  
rogat si xpistus prius fu

ent an prophete; Bea  
tus uero antonius cū  
pro eo quod tam absur  
de interrogauerat q̄si  
erubuisset blando motu  
ut erga simplices so  
lebat. silere eum atq; ab  
ire iubet; Ille quia om  
ne quodcumq; ab eo dic  
tum fuisset tamquam  
preceptū dei obseruari  
instituerat. abscedens ad  
cellam suam. tamquã  
mandato accepto silen  
cium gerere instituit. n̄  
omnino aliquid loqui;  
Quod cum compenisset  
antonius mirari cepit  
unde illi hec obseruan  
cia placuisset. quam a  
se sciebat non esse man  
datam; Cumq; iussisset  
eum loqui. et cur silerent  
indicaret. dixit ei paul;  
Tu pater dixisti michi ut  
irem et silerem; Et ob  
stupefactus antonius.  
ita ab eo sermonẽ que  
ipse negligenter protu  
lerat obseruatum. om

ues inquit nos iste con-  
 dempnat; Cum enī nos  
 de celo nobis non audi-  
 amus loquentem. ab isto  
 qualiscumq; sermo qui  
 ex ore nostro ceciderit ob-  
 seruatur; Multa tamen  
 et sanctus antonius do-  
 cere eum uolens de obe-  
 diencia. precapere ei solit  
 erat. etiam que ratio et  
 causa non posceret. in q̄b;  
 eius animus erga obedi-  
 endam probaretur; hau-  
 ruit namq; aliquando eū  
 aquam iussit ex puteo. et  
 in terram tota die funde-  
 re. et contortas sportellas  
 resolueret ac denuo tere-  
 re et uestimentū suere.  
 atq; iterum rursus resol-  
 uere. et in plumbus hui-  
 modi exercitijs ab eo me-  
 moratur imbutus. ut ī  
 nullo prorsus etiam eor-  
 que contra rationem im-  
 perare uideba tur disce-  
 ret contradicere. et ita p  
 hec omnia informatus  
 breui ad p̄fectionē uenit;

Et cuius exemplo docebat  
 beatus antonius. quod  
 si quis uelit uelociter ad  
 perfectionem uenire non  
 sibi ipse fieret magister. n̄  
 proprijs uoluntatibus o-  
 bediret. etiam si rectū uide-  
 atur esse quod uelit. sed  
 secundum mandatum sal-  
 uatoris obseruandū esse.  
 ut ante omnia unusquisq;  
 abneget semet ipsum sibi  
 et renunciet proprijs uo-  
 luntatibus quia ipse sal-  
 uator dixit. ego ueni non  
 ut faciam uoluntatē meā  
 sed eius qui me misit; Et  
 utiq; uoluntas xp̄isti nō  
 erat contraria uoluntati  
 patris. sed ne qui uenerat  
 obedienciam docere non  
 inueniretur obediens si  
 propriam faceret uolun-  
 tatem; Quanto ergo ma-  
 gis nos non iudicabim̄  
 inobedientes. si proprias  
 faciamus uoluntates.  
 Deniq; supradictus pau-  
 lus exemplo nobis est. q̄  
 obediencie et simplicita

tis merito in tantum spi-  
ritualium gratiarum cul-  
men ascendit. ut multo  
plures et potenciores uir-  
tutes per ipsum dominum  
quam per sanctum anto-  
nium faceret. Et quonia  
pro affluentia gratiarum  
multitudines ad eum ex  
omnibus terre partibus  
confluebant ut curarentur  
ab eo. uerens beatus anto-  
nium ne molestia multitu-  
dinis fugaretur in interio-  
rem heremum quo accedi ad  
eum facile non posset co-  
manere eum fecit ut ue-  
nientes magis ipse susci-  
peret antonium. Si quos  
uero ipse non potuisset  
curare. hos ad paulum  
tamquam proliorem  
sanitatum gratiam habere  
mittebat et ab illo  
curabantur. Lanta autem  
simplicitatis eius fuisse  
apud deum fiduciam tra-  
dunt ut quodam tempore  
eum quidam rabiem pa-  
tiens in modum canis la-

uiaret omnem qui ad  
se ausus fuisset accede-  
re et perductus ad eum  
fuisset. insistebat oratio-  
ni ut demonem qui eum  
urgebat fugaret. Et cum  
mora fieret. nec celer sequi-  
retur effectus quasi in-  
fantum more indignat  
dixisse fertur ad dominum.  
Vere non manducabo  
hodie. si eum non cura-  
ueris. Et continuo quasi  
delicioso domino satisf-  
factum est a deo. et statim  
curatus est rabidus.

**De sancto piamone**  
Non autem michi ui-  
detur dignum etiam  
eius heremi habitatores  
que parthemo mari ad-  
iacet et uicina est opido  
quod dicitur diolcho si-  
lencio pretere in qua  
uidimus admirabilem  
presbiterum nomine pi-  
amouem. totius humi-  
litas et benignitatis  
uirum habentem etiam  
reuelacionum gratiam



Benig; quodam tempo  
 re cum a domino sacri  
 ficium offerret uidit an  
 gelum dei stantem iuxta  
 altare. et vniuscuiusq;  
 monachorum acceden  
 tium ad altare scribentē  
 nomina in libro quem  
 tenebat in manibus q̄  
 ruidam tamen nomi  
 na non scribentem; Cum  
 q; diligenter obseruaret  
 senior qui essent quorū  
 nomina non scripsisset  
 postquam completa sūt  
 mysteria vnumquemq;  
 eorum seorsum uocans  
 pertinctatur quod eis  
 in occulto peccati fuisset  
 admissum. et inuenit ex  
 confessione vnūquemq;  
 eorum peccati mortalis  
 obnoxium; Tunc hortat  
 eos agere penitentiam.  
 et semetipsum cum eis  
 ante dominum proster  
 nens die ac nocte tam  
 quam ipse in peccatis  
 eorum esset obnoxius  
 flebat. et tam diu per

mansit cum eis in penite  
 cia et lacrimis donec ite  
 rum uideret eundem an  
 gelum stantem et scriben  
 tem accedentium nomi  
 na. et postea quam om  
 nium scripsit. tunc etiam  
 illos ex nominibus euo  
 cantem. et ad reconciliati  
 onem altaris inuitantē;  
 At uero ubi hoc senior ui  
 dit intellexit eorum suscep  
 tam esse penitentiam. et  
 sic eos altari tota cū gra  
 tulatione restituit; hunc  
 etiam quodam tempore  
 ferebant ad demonibus  
 ita uerberatum. ut stare  
 aut moueri omnino loco  
 non posset; Et cum dies  
 adesset dominica et res  
 posceret offerri sacrificiū  
 iussit se fratrum manib;  
 ad altare portari; Vbi cū  
 in oratione iacisset astā  
 tem continuo uidit an  
 gelum. qui altare solebat  
 altari. et porrigentē sibi  
 manū. atq; eleuantē se  
 de terra. et statim ab eo

dolor ita discessit ut solito sanior putaretur.

**E***De abbate iohanne;*  
Fuit in ipsis locis et uir sanctus ac totius gratie bono repletus nomine iohannes; In quo tanta erat consolacionis gratia ut quacumque meticia quocumque tedio oppressa fuisset anima paucis eius sermonibus a laetitate et leticia repleret; Sed et sanitatum gratia plurima ei a deo donata est; In alijs quoque quam plurimis locis egypti sparsim uidimus sanctos dei uirtutes multas et mirabilia facientes. et totius gratie dei plenos. si paucos ex multis commemorauimus de omnibus uero explicare supra uires nostras est; Nam de hijs qui in superiore thebaide id est circa ipsam sienem habitare dicuntur: auditu solo comperimus. quod hijs pene omnibus quos

uidimus celsiores illi et magnificentiores habentur; Accedere uero ad ipsos pro itineris periculo nequiuimus. quia quamuis omnia illarum partium loca latronibus incurfentur. illa tamen que ultra ciuitate lico sunt. etiam barbaros paciuntur. et ideo nulli nobis accessus ad eos fuit. quia reuera nec eos quos superius memorauimus absque periculo uidimus; Septies namque in hoc itinere periclitati sumus. in octauo autem sicut scriptum est non optinuit nos malum. deo nos in omnibus protegente; Denique semel per quinque dies ac noctes incedentes per heremum: siti ac lassitudine periclitati sumus; Alio quoque tempore incurrimus locum. in quo est conuallis quedam humorum ex semetipso gignit

neus falsum. quem con-  
 tinuo calor solis uelut  
 hyemalis pruina in gla-  
 ciam ita in salem stringit  
 et tamquam sudas acu-  
 tas ex ipso sale efficit at-  
 que ita omnia illa exaspe-  
 rantur loca. ut non solum  
 nudos pedes ut habeba-  
 mus nos sed et calcia-  
 mentis munitos tere-  
 bret ac secer; In his er-  
 go inuenti magno cum  
 periculo uix euasimus;  
 Tertio cum nichilominus  
 per heremum pgerem.  
 incurrimus uallem quan-  
 dam humorem ex semet-  
 ipsa similiter quidem g-  
 gignentem. sed intra se-  
 met ipsam eum seruan-  
 tem. cuius solum larum  
 ac fetido teno repletum  
 transire cupientes. usque  
 ad latera desedimus;  
 Cumque pene id est in eam-  
 dem mergeremur. excla-  
 mantes ad dominum  
 uocem psalmi protuli-  
 mus dicentes. saluum me

fac deus quoniam intra-  
 uerunt aque usque ad ani-  
 mam meam; Iustus sum  
 in limo profundi et non  
 est substantia; Quartum  
 periculum pertulimus in  
 aquis quibusdam que ex  
 immundacione nihil reman-  
 serant. in quibus tuuo  
 continuo afflicti. uix eua-  
 dere potuimus; Quintum  
 periculum fuit nobis ala-  
 tronibus tum secus mare  
 iter ageremus. qui per de-  
 cem milia passuum inse-  
 quentes nos. quos peri-  
 mere ferro non poterant  
 pene exanimis reddide-  
 runt perfugam; Sextum  
 discrimen nobis in ipso  
 nihil flumine fuit. in quo  
 nauigantes. pene submer-  
 si sumus; Septimum in stag-  
 no quod maroete appel-  
 latur. uento seimente in  
 sulam quandam eieci su-  
 mus. hyeme grauissima  
 et tempestate super nos  
 feruente; Erat enim tem-  
 pus quo epiphaniarum

est tempus in

dies celebrabatur; Octa-  
uum autem fuit quod cū  
ad unie monasteria ueni-  
remus. locum quendam  
inadimus. in quo refluē-  
tis nili aqua residens ue-  
lut stagnum quoddam  
effecerat in quo multe b-  
bestie et precipue corcho-  
drilli plurimi erant; Qui  
cum ad temporem solis  
erissent. resoluti circa ho-  
ram stagni iacebant. ita  
ut ignorantibus nobis  
mortui uiderentur; Cum  
accederemus ad uidēdā  
mirandamq; magnitudi-  
nem bestiarum quas era-  
mines putabamus. con-  
tinuo ut sonitum pedum  
senserunt erate. irruere  
et insectari uehementer  
nos ceperunt; Nos autē  
magno cum clamore et  
gemitu nomen cūsti do-  
mini inuocauimus. cui  
misericordia affuit. et bes-  
tie que contra nos insur-  
rerant. quasi ab ange-  
lo repellente in stagnum

*A* Tercū libz qre in lib' illoim sup mathj in fine p' explanas

protinus proiecte sunt;  
Nos autem cursu concito  
ad monasteria festinaui-  
mus. gratias agentes  
deo nostro qui nos de tan-  
tis periculis liberauit  
et tanta nobis ostendit  
mirabilia. ipsi honor et  
gloria in secula seculorū  
amen. *Incip' p'fatio Eua-*

*gri p'libri i uita sc'i antoni*

*Presbiter monachi.*

**P**euagrius carno-  
filio in cūsto salutem;  
Ex alia in aliam linguā.  
ad uerbum expressa trans-  
lacio sensum operit. uelu-  
ti lectum gramen sata strā-  
gulat; Dum enim casib;  
ac figuris seruit oratio.  
quod breui poterat indi-  
care sermone. longo am-  
bitu circumacta uix ex-  
plicat; hoc igitur ego  
uitans. ita beatum An-  
tonium repetente trans-  
posui. ut nichil desit ex  
sensu. cum aliquid ex uer-  
bis desit; Alij sillabas  
aucupentur et litteras.

tu quere sententiam;  
**I**ncipit prologus sancti atha-  
 nasy episcopi in vita sancti  
**O**ptimi antony mo-  
 nasterii in istis uachis;  
 certamen. aut equare  
 egypti monachos. aut  
 superare nitentes uirtu-  
 tis instantia; **E**t enim  
 iam apud nos plurima  
 sunt monasteria. mona-  
 chorum quoque nomen  
 est celebre. et hanc uolu-  
 tatem iuste quisque mira-  
 bitur; **D**ranibus quoque  
 uobis. optatum deus  
 tribuet effectum; **Q**uo-  
 niam igitur exegistis a  
 me ut uobis scriberem  
 de conuersatione sancti  
 antony. uolentibus dis-  
 cere quemadmodum  
 ceperit. quod ue fuerit  
 ante sanctum proposi-  
 tum. qualem etiam ter-  
 minum habuerit uite.  
 et si uera sunt ea que de  
 eo fama dispersit. ut ad  
 eius emulationem atque  
 exemplum uos institue-

re possitis. magna cum le-  
 ticia suscepi uestre carita-  
 tis imperium; **E**t enim mic-  
 hi ingens lucrum est atque  
 utilitas hoc ipsum quod  
 recordor antony. et uos  
 cum admiratione audie-  
 tes. scio eius propositum  
 cupere sectari; perfecta est  
 siquidem ad uirtute uia.  
 antonium scire quid fue-  
 rit; **E**rgo ut breuiter dica.  
 et omnibus quam de eo  
 referentium sermo iactauit  
 credite. et minima uos es-  
 timare audisse de maximo.  
 quia non ambigo nec eos  
 omnia potuisse cognosce-  
 re. cum ego rogatus a uo-  
 bis quantacumque per epis-  
 tolam significauero. non  
 equalis sim meriti narra-  
 turus; **S**ed et uos omnes  
 hinc nauigantes studioso  
 pertunctamini. quo sin-  
 gulis que norunt referen-  
 tibus. congrua dignaque  
 tanti nominis relatio com-  
 pleatur; **D**isponenda itaque  
 post lectionem heterarum

uestrarum aliquos ad me  
monachos inuitare. et  
maxime eos qui crebro  
ad eum ire consueuerat.  
ut plenius aliquid addis-  
cens. munera maiora uo-  
bis transmitterem; Sed  
quod et nauigationis tem-  
pora labebantur. et lichte-  
rarum portitor uehemen-  
tissime festinabat. id eo qd  
et ipse noueram. frequen-  
ter enim eum uisitaui. et  
que ab eo didici qui ad pre-  
bendam ei aquam non par-  
uum tempus cum eo fe-  
cit. dilectioni uestre indi-  
care properaui. utrobique  
curam ueritatis habens.  
ut neque plus aliquis au-  
diens miraculorum con-  
gestionem non credat. nec  
rursus meritis eius infe-  
riora cognoscens non pu-  
tet dignum esse miraculo  
pro tanti nominis uiro;

**I**gitur **Incapit uita sancti**  
**anto antonii monachi**  
**nii ab athanasio episcopi**  
**nobilibus copo edita;**

religiosis qd parentibus  
ab egypto oriundus fuit.  
tanta nutritus suorum  
cura. ut nichil aliud pter  
parentes domumque cog-  
nosceret; Et cum iam p-  
puer esset non se litteris  
erudiri. non ineptis in-  
fantum iungi passus e-  
fabulis. sed omni deside-  
rio flagrans secundum  
quod scriptum est. inno-  
center habitabat domum;  
Ad ecclesiam quoque cum  
parentibus sepe conue-  
niens. nec infantum las-  
ciuas. nec puerorum neg-  
ligentiam sectabatur.  
sed tantum que legeba-  
tur ascultans. utilitate  
preceptorum uite insti-  
tutione seruabat; Non  
suis ut solet illa etas p-  
uarijs delicatis qd cibis  
umquam tedio fuit. non  
esse mollioris blandime-  
ta sectatus est. hijs solu-  
que dabantur ei conten-  
tus. nichil amplius re-  
quisiuit; Post mortem

autem parentum ambo-  
 rum annorum circiter  
 decem et octo seu uiginti-  
 cum sorore ad modum  
 paruula derelictus. et do-  
 mus et sororis honesta  
 curam gerebat; Nec dum  
 uero sex fluerant menses.  
 quibus ad ecclesiam ut so-  
 lebat occurrens. recorda-  
 batur quomodo et apos-  
 toli omnibus spreto secu-  
 ti fuissent saluatorem. et  
 multi in actibus aposto-  
 lorum facultatibus suis  
 uenditis. prena ad pedes  
 eorum detulissent. egenti-  
 bus partienda. que uel q  
 quanta spes isdem repo-  
 sita esset in celis; Taha se-  
 cum reuoluens intrauit  
 in ecclesiam. et accidit ut  
 tunc euuangelium lege-  
 retur. in quo dominus di-  
 cit ad dyutem; Si uis per-  
 fectus <sup>esse</sup> uade et uende om-  
 nia que habes et da pau-  
 peribus et ueni sequere  
 me. et habebis thesaurum  
 in celo; Quo audito. quasi

diuinitus huiusmodi ante  
 memoriam concepisset. et  
 ueluti propter se hec esset  
 scriptura recitata. ad se do-  
 minicum traxit imperium.  
 statim q; regressus possesi-  
 onem quam habebat. ari-  
 re autem erant trecenti iu-  
 geres et ualde optimi ui-  
 cibus largitus est. ne in ali-  
 quo aut sibi aut sorori mo-  
 lesta gigneretur; Cetera ue-  
 ro que in mobilibus possi-  
 debat uniuersa uendidit.  
 et aggregato non eriguo  
 preno indigentibus dedit.  
 parius tamen ob sororem  
 reseruatis. que et seru et e-  
 rate uidebatur infirmior;  
 Rursus autem ad ecclesia  
 ingressus. cum audisset do-  
 minum in euuangelio di-  
 centem nolite cogitare de  
 crastino. reliquam quoq;  
 porcionem pauperibus d-  
 distribuit. neq; se uersari  
 passus est domi. sed sorore  
 fidelibus. ac uotis uirgini-  
 bus commendata ut caru  
 nutiretur exemplo. ipse ia

omnibus seculi uinculis  
liberatus. asperum atq; ar-  
duum arripuit institutū;  
Nec dum autem tam cre-  
bra erant monasteria in  
egypto. neq; omnino ani-  
am solitudinem quisquā  
nouerat. et quicumq; in  
xpisti seruitute sibi met p-  
desse cupiebant. haut pro-  
cul a sua uillula insticie-  
bantur; Erat igitur in a-  
gello uicino sener quidā  
uitam solitariam a prima  
sectatus etate; Hunc anto-  
nius emulatus est ad bo-  
num. et primo quidem i-  
cipiens etiam ipse in locis  
paululum a uilla remo-  
oribus manebat. ex inde  
autem si quem uigilante  
in hoc studio comperiret.  
procedens querebat ut  
a pes prudentissima. nec  
ad habitaculum suum an-  
te remeabat. nisi eius que  
cupiebat frueretur aspec-  
tibus. et sic tamquā munc-  
re mellis accepto. abibat  
ad sua; Tali ibidem insti-

tutus exordio cum per  
dies singulos ita animū  
roboraret. ut nec opum  
paternarum nec suorum  
meminisset affinium:  
omne etiam desiderium  
et sollicitudinem erga  
id quod ceperat exerce-  
ret operabatur manibus  
suis. sciens scriptum esse.  
qui non operatur nec  
manducet; Mercedem  
sane operis sui precio pa-  
nis excepto. egentibus  
largiebatur; Orabat fre-  
quenter. quippe qui di-  
dicerat quod oporteret  
sine intermissione deū  
rogari; Auditioni etiam  
scripturarum ita studiū  
commodabat. ut nichil  
ex eius animo laberetur.  
sed uniuersa precepta do-  
mini custodiens memo-  
riam pro libris haberet;  
Sic suam uitam instati-  
ens ab uniuersis fratribus  
puro diligebatur affectu.  
et omnibus ad quos p-  
gebat obediens propri-



as singulorum gratias  
 hauriebat; huius conti-  
 nentiam illius iocundi-  
 tatem sectabatur; Istius  
 lenitatem. illius uigila-  
 tiam. alterius legendi e-  
 mulabatur industriam;  
 istum ieiunantem. illum  
 humi quiescentem mira-  
 batur; Alterius pacienci-  
 am. alterius mansuetu-  
 dinem predicabat; Om-  
 nium quoque uicariam  
 erga se retinens caritate  
 atque uniuersis uirtutum  
 partibus unigatus ad se-  
 dem propriam reuerte-  
 batur. ibi secum uniuer-  
 sa pertractans. omnium  
 in se bona nitebatur ex-  
 primere. Neque enim ad-  
 uersus coeuos aliquan-  
 do mouebatur. sed ea tan-  
 tummodo flamma egre-  
 gio uero creste erat in pec-  
 tore ne secundus cuiquam  
 in predictis operibus in-  
 ueniretur; Et hoc ita fa-  
 ciebat ut cum omnes  
 gloria ante iret. omni-

bus tamen carus esset;  
 Nam et uicini et mona-  
 chi ad quos sepe uenie-  
 bat antonium uidentes  
 deicolam nuncupabant.  
 indultis quoque nature uoca-  
 bulis. quidam ut filium  
 alij ut patrem diligebant.  
 Dum hec gerebat anto-  
 nius. quibus omnium  
 in se prouocabat affectu  
 inimicus nominis xpisti  
 ani diabolus impacien-  
 ter ferens tantas in ado-  
 lescente uirtutes. ueteranus  
 eum aggressus est fraudibus.  
 et primo quidem temp-  
 tans. si quomodo posset  
 ab arrepto eum institu-  
 to detrahere inmittebat  
 ei memoriam possessionum.  
 sororis defensionem ge-  
 neris nobilitatem amore  
 rerum fluxam seculi glo-  
 riam. esse uariam delecta-  
 tionem. et reliqua uite re-  
 missioris blandimenta.  
 postremo uirtutis arduum  
 finem. et maximum pue-  
 niendi laborem necnon

corporis fragilitatem. et  
etatis spacia prolixa. pro-  
fus maxima ei cogitatio-  
num caliginem suscita-  
uit; Postquam autem o-  
rationibus eius ad do-  
minum effusis. per passi-  
onis fidem se intellexit eli-  
di. consueta aduersum om-  
nes adolescentes arma ar-  
ripiens. nocturnis eum in-  
quietabat illecebris. per  
dies etiam tam apertis ad  
eum celis iruebat. ut nul-  
lus ambigeret quin anto-  
nius contra diabolum di-  
micaret; Nam et ille cogi-  
tationes sordidas cona-  
batur inferere: et hic ora-  
tionibus eas amouebat;  
At dum ille titillabat sen-  
sus naturali carnis ardo-  
re; hic fide ac ieiunijs cor-  
pus omne uallabat; Ille  
per noctis in pulchre mu-  
lieres uertebat ornatum.  
nulla omittens figmenta  
lasciue. hic ultucis gehen-  
ne flammis. et dolorem  
vermium recordans. cogi-

tationi libidinum obici-  
ebat; Ille adoleſcentie lu-  
bicum iter ad ruinam faci-  
le proponebat. hic eter-  
na iudicij futuri tormēta  
considerans. illeſam ani-  
me puritatem per temp-  
tamenta ſeruabat; Iſta  
autem omnia ad confu-  
ſionem dyaboli fiebant;  
Qui enim ſimilem ſe deo  
fieri poſſe exiſtimabat.  
nunc ab adoleſcente ut  
miſerrimus deludebat.  
et qui contra carnem et  
ſanguinem gloriabatur  
cum magna exultatione  
ab homine carnem geſ-  
tante ſuperabatur; Ad-  
iuuabat enim ſeruum  
ſuum dominus. qui noſ-  
tri gratia carnem ſuſci-  
piens uictoriam corpori  
contra dyabolum largi-  
tus eſt. ut ſingulis ita  
certantibus apoſtolicū  
liceret proferre ſermonē.  
non ego. ſed gratia dei  
que mecum eſt; Ad poſ-  
tremum cum nec hoc ar-

gumento destituere pos-  
 set antonium draco ce-  
 terimus. et uideret se  
 semper ab eius cogitaci-  
 onibus repelli. secundū  
 quod scriptum est strides  
 dentibus et ululans q̄  
 lis est merito. talis appa-  
 rebat et uultu. puer hor-  
 ridus atq; niger. ad ei-  
 se genua prouoluens.  
 humana uoce deflebat  
 dicens. multos seduri.  
 plurimos decepi. nunc  
 autem ut a ceteris sanc-  
 tis ita. et tuo labore sum  
 superatus; Quem cum  
 interrogaret antonius.  
 quis nam esset qui tali-  
 a loqueretur ait; Ego  
 sum fornicationis ami-  
 cus. ego multimoda ad-  
 uersum omnes adoles-  
 centes turpitudinis ar-  
 ma suscepi. erinde spiri-  
 tus fornicationis uocor;  
 Quantos pudice uiue-  
 re disponentes fefelli.  
 quot tenuiter incipien-  
 tes ad sordes pristinas

redire persuasi; Ego sum  
 propter quem propheta  
 lapsos increpat dicens;  
 Spiritu fornicationis se-  
 ducti estis; Et reuera per  
 me enim et illi fuerant  
 supplantati; Ego qui te  
 ipsum sepe temptaui. et  
 semper repulsus sum; Cū  
 hoc xpisti miles audisset  
 gratias agens deo. et lar-  
 gitorū aduersus inimicū  
 confortatus audacia ait;  
 Multum ergo despectibi-  
 lis es. multumq; cōtemp-  
 tibilis; Nam et obscuritas  
 tua. et etas. infirmarum  
 signa sunt rerum; Nulla  
 michi iam de te cura est;  
 Dominus michi adiutor  
 est. et ego erultabo super  
 inimicos meos; Et statim  
 ad uocem cantantis fan-  
 tasina quod uidebatur  
 euauit; Hec autem an-  
 tonio contra dyabolum  
 fuit prima uictoria. imo  
 uirtus in antonio salua-  
 toris. qui peccatum in  
 carne condempnauit.

ut iustificatio legis in  
bis compleretur. qui nō  
secundum carnemambu  
lamus. sed secundū spiri  
tum; Sed neq; antonio  
dedit securitatem hic vi  
triumphus. nec dyabolo  
defecere semel fracte iures;  
Nam et iste ut leo rugiēs  
quererebat aditum p que  
posset irumpere. et ille  
scripturarum doctus elo  
quio. multas esse demo  
num deceptiones sollem  
propositum labore serua  
bat. considerans quia pos  
sit sathanas in carnis col  
luctatione superatus no  
uarum arcium aduersus  
eum machinas commo  
uere; Idcirco magis ac  
magis subiugabat cor  
pus suum. ne victor alio  
rum in alijs uinceretur;  
Disponens igitur durio  
in se uite lege constingere.  
et cum omnes infatiga  
bilem adolescentis mira  
rentur instanciam. sanc  
tum toleranter ferebat.

laborem. quia uolunta  
rie seruitutis longum  
in dei opere studium cō  
suetudine in naturam  
uertebat; In edie autē  
et uigiliarum intantū  
patiens erat ut creduli  
tatem uiribus uinceret;  
Pernoctabat in oratio  
nibus sepiissime. cecubar  
in die semel post solis oc  
casum. non nunquam  
bidui. tandem sic p ma  
nens. quarta demum  
die reficiebatur; Sume  
bat uero panem et sal.  
potum q; aque p parū;  
De caribus uero et ui  
no recitare melius puto  
quam quicquam dice  
re. quando nec apud  
plurimos quidem mo  
nachorum istius modi  
aliquid reperiatur; De  
a autem membra con  
cedens. unco conterro  
et alio utebatur; Ali  
quociens etiam super  
nudam humum iace  
bat. unguenta penit

repudiatis cum diceret  
 minime posse utencium  
 et precipue iuuenium cor  
 pora roborari nisi olei es  
 sent lenitate mollita. o  
 portere econtrario aspe  
 ros carni labores impe  
 ran. secundum apostoli  
 preceptum dicentis. qñ  
 do infirmior tunc fortior  
 sum; Asserebat sensum  
 animi sic posse reuiuif  
 cere si corporis impecus  
 fuissent fatigati; vnde  
 nec temporum longitu  
 dine laborum merita  
 pensabat. sed amore et  
 famulatu spontaneo s  
 semper tamquam i pñ  
 cipis constitutus ad p  
 fectum diuini metus  
 desiderium concitabat.  
 nouis q̄ cupiens auge  
 re prete vita. supradicti  
 doctoris sermonum re  
 cordabatur qui ait. pre  
 terita obliuiscens. et in  
 futurum conualescens.  
 Meminerat quoq̄ helie  
 prophete dicentis. uiuit

dominus cui asto hodie  
 ante ipsum et diserebat  
 cur hodie esset appositū.  
 qui non computabat he  
 lyas preteritum tempus.  
 sed tamquam cotidie in  
 certamine constitutus.  
 talem se cupiebat prebe  
 re qualem sciebat dignū  
 dei esse conspectibus pu  
 rum corde. et paratum  
 obedire uoluntati eius;  
 Igitur secum reputans  
 oportere dei famulum  
 et instituto magni helie  
 exemplum capere. et ad  
 illud speculum uitam suā  
 debere componere. ad se  
 pulchra non longe auul  
 la constituta secessit. vni  
 de cognitis mandauit.  
 ut statutis diebus sibi a  
 limenta deferret; Et cū  
 in vna memoria supra  
 dictus frater eum clau  
 sisset solus ibidem mora  
 batur; Metuens ergo di  
 abolus. ne accessu tempo  
 ris heremum quoq̄ ha  
 bitari faceret ita eum ag

gregatis satellitibus suis uaria cede lacerauit. ut doloris magnitudo et motum auferret et uocem; Nam et ipse postea referebat uulnera fuisse tam graua ut uniuersa hominum tormenta superarent. sed dei prouidencia que nunquam in se sperantibus deest conseruabat antonium. Alio die is quem supra diximus frater aduenit. cibos deferens assuetos. inuenit q̄ eum contractis foribus in terra iacere quasi mortuum. et humeris impositum ad uillule domicilium deportauit; Quo audito. ingens uicinarum. acq̄ affinum multitudo concurrens. tuste in medio positi funeris reddebat officium; Et iam media noctis parte transgressa. grauis per uigiles omnium oculos uicerat sopor. cum antonius a

nima paululum redente. suspirans eleuauit caput. et postquam ceteris alta quiete prostratis. eum a quo delatus fuerat. uigilare conspexit. nutu aduocans obsecrauit. ut nullo penitus ericato. ad pristinum se referret habitaculum; Delatus ergo iuxta morem solus iterum permanebat. et stare quidem propter recentes plagas non poterat. orans uero prostratus. post orationem clara uoce dicebat; Ecce ego hic sum antonius. non fugio uestra certamina. eam si maiora faciatis. nullum me separabit a caritate ipisi; Psallebat q̄ dicens; Si constiterint aduersum me castra non timebit cor meum; Laeta eo dicente. bonorum hostis diabolus admiratus. quod post tot uerbera ausus fuisset

reuerſi. congregatis ca-  
 nibus ſuis et proprio e-  
 tuore ſe lamians. uide-  
 tiſ ait. quoniam neq; ſ-  
 ſpiritu fornicationis nec  
 corporis doloribus ſupe-  
 ratuſ. inſuper audac-  
 ter laceſſit uoſ. Omnia  
 arma arripite. acruſ no-  
 biſ impugnandus eſt. ce-  
 det ſcite quos prouocet.  
 Dixit et adhortantiſ uo-  
 cem audiencium turba  
 conſenſit. quia in nume-  
 raſ habet dyaboluſ ar-  
 teſ nocendi; ſonituſ i-  
 gitur repentinuſ incre-  
 puit. ita ut loco fundituſ  
 agitato. et parietibuſ  
 patefactiſ multiphana  
 demonum turba erinde  
 ſe effunderet; Nam et bel-  
 liarum et ſerpencium for-  
 maſ induentes omnē  
 protinuſ locum repleue-  
 re fantaſiaſ leonum. tau-  
 rorum. luporum. aſpidū.  
 ſerpencium. ſcorpionū.  
 ueenon et pardoruū. atq;  
 urſorum et hec ſingula

ſecundum ſuam natura  
 formam fremebant; Ru-  
 giebat leo occidere uoleſ.  
 taurus mugitu et cornib;  
 minabatur. ſerpentiſ ſibi-  
 lum perſonabat. luporuū  
 impetuſ immittebantur.  
 parduſ diſcolor atergo q  
 auctoriſ ſui calliditateſ  
 uariaſ indicabat. truceſ  
 omnium uultuſ et uo-  
 ceſ horride duruſ audit;  
 Antoniuſ flagellatuſ atq;  
 conſeſſuſ ſeneſcebat quide  
 aſperiores doloreſ corpo-  
 riſ. ſed incertuſ durabat  
 mente per uigili. et licet  
 gemitum uulnera carniſ  
 erprimeret. ſenſu tamen  
 idem permanenſ. quaſi  
 de inimiciſ luderet loq-  
 uatur; Si uirum aliqd  
 haberetiſ. ſufficeret un  
 er uobiſ ad prelium; Sed  
 quia domino uoſ ener-  
 uante frangimini. multa  
 temptatiſ inferre terro-  
 reſ. cum hoc ipſum infir-  
 mitatiſ indicium ſit. qd  
 irrationabilium formaſ

induntis bestiarum; Purus  
q̄ confidens aiebat; Si qd  
ualetis. si uobis in me do  
minus potestatem dedit.  
ecce presto sum deuorate  
concessum; S̄ in uero non  
potestis: cur frustra uini  
mini; Signum enim no  
bis crucis et fides ad do  
minum. in expugnabilis  
murus est. Multa contra  
eum minitantes fremen  
bant dentibus suis quod  
nullus temptamenta se  
queretur effectus. sed max  
ime e contrario gigneret  
illusio; Non oblitus ihesu  
colluctationem serui sui.  
eidem factus protector;  
Deniq̄ cum eleuaret ocu  
los desuper uidit culmē  
aperiri. et deductis tene  
bris radium ad se lucis i  
fluere; Post huius splen  
doris aduentum. nec de  
monum aliquis appa  
ruit. et corporis dolor ex  
templo deletus est. Edifi  
cium quoq̄ quod paulo  
ante dissolutum fuerat

instauratum est; Illico p̄  
sentiam dominum intel  
lent. et ex intimo pecto  
re trahens longa suspi  
ria: ad uisionem que ei  
apparuerat loquebat̄  
dicens; Vbi eras ihesu  
ubi eras: quare apri  
ncipio non affuisti ut sa  
nares uulnera mea. Et  
uox ad eum facta est di  
cens; Antonium hic etiam.  
sed expectabam uidere  
certamen tuum; Nunc  
quia dimicando iurli  
ter non cessisti. semper  
auxiliabor tibi; et faciā  
te in omni orbe nomi  
nari; Hys auditis erur  
gens in tantum robo  
ratus orabat. ut intel  
ligeret plus se recepisse  
tunc uirtum quam ante  
perdiderat; Erat autē  
tunc antonius annos  
natus triginta et quinq̄;  
Et in cum uoluntati pr  
prompte merita glori  
osa succederent. uadēs  
ad supradictum senem



precabatur ut in deserto  
 pauper abiret; Causan-  
 te illo senile eum: reiq;  
 nouitatem solus coten-  
 dit ad montem. et here-  
 mi ad huc monachus ig-  
 note. rupto metu uiam  
 conatus est pandere; S;  
 nec tunc cessauit infan-  
 gabilis aduersarius. Na  
 impedire eius propo-  
 situm uolens. argenteum  
 iniuere discum proie-  
 cit; Quo uiso antonius:  
 callidi artificis agnouit  
 astuciam: stans q; intre-  
 pidus et discum toruis  
 intuens oculis: doli auc-  
 torem in fantasmate ob-  
 iurgabat argenti: talia  
 secum reputans; Vnde  
 hic in deserto discus. flui-  
 um hoc iter est: nulla s;  
 sunt uestigia commean-  
 tum. lapsus de sarcina  
 pro magnitudine lace-  
 re non potuit; Sed et  
 qui perdidit reuersus:  
 obsolitudinem locorum  
 inuenisset profecto quod

ruerat; hoc artificium tu-  
 um est dyabole: non im-  
 pedies uoluntatem mea:  
 argentum tuum tecum  
 sit in perditione; hoc illo  
 dicente: discus ut fumus  
 a facie eius euauit; De  
 hinc non ut ante fanta-  
 siam: sed ingentem mas-  
 sam auri iacentem in in-  
 nere conspexit; Verum h  
 hanc utrum dyabolus si-  
 mulauerit: an ad auto-  
 num comprobandum  
 qui nec ueris opibus in-  
 escaretur: uirtus celestis  
 ostendit ignoratur; hoc  
 tantum agnouimus: q; a  
 quod iustum est aurum  
 fuit; At ille magnitudi-  
 nem ammiratus radian-  
 tis metalli: rapido quasi  
 quoddam uitaret incen-  
 dium ad montem usq;  
 perrexit: ibi q; flumine  
 transuadato inuenit cas-  
 tellum desertum: plenu  
 ob tempus et solitudine  
 uenenatorum animaliu;  
 In quo se constituens: no

uus hospes habitabat:  
statim q̄ ad eius aduen-  
tum ingens turba serpe-  
cum quasi persecutore  
passa profugit; At ille ob-  
structo lapidi introitu:  
panes mensuum sex ut  
thebeis mos est secum re-  
condens: nam crebro per  
annuum incorrupti diuare  
solent. necnon et aque ha-  
bens eriguum solitarius  
perdurabat. nusquam i-  
de procedens: nū quam  
aliquem suscipiens: itan-  
tum ut cum bis in anno  
per tectum desuper pa-  
nes acciperet nullum cū  
deferentibus haberet col-  
loquium; Multis igitur  
uidendi eum desiderio: et  
studio requirendi ante  
ostium eius pernoctan-  
tibus audiebantur. ut u-  
uulgi uoces aduersus an-  
tonium tumultus q̄ dice-  
tium; Quid te nostris in-  
genis habitaculis: Quid  
tibi et deserto. Abscece a  
finibus alienis: nō potes

hic habitare: Non insi-  
dias sustinere; Et p̄mo  
quidem qui foris erant  
estimabant aliquos ho-  
mines scalis postas in-  
troisse: ubiq̄ contendere;  
Postquam autem per-  
cauernam introspicien-  
tes nullum uiderunt:  
demonēs contra eum  
intellerere contendere:  
et nimio metu territi  
antonij auxilium flagi-  
tabant; At ille ostio p-  
pinquans ad consolā-  
dos fratres ne timerēt  
atq̄ ut inde recederent  
precabatur: trepidan-  
tibus q̄ assererat. a de-  
monibus incuti metū;  
Signate uos inquitens:  
et abite secum: ipsos q̄  
semet ipsos sinite delu-  
dere; Itaq̄ reuertentib;  
illis hic remanebat il-  
lesus: nec unquam in  
certamine lassabatur;  
Accedencium enim aug-  
menta profectuum: u-  
debilitas repugnantia

64  
marimum eius conten  
tioni leuamen addide  
rant: dum eius animo  
constanciam suggere  
bant; Rursum q̄ ad he  
remum uenientibus tur  
bis que iam mortuum  
cum se estimauerant re  
puras: ille psallebat  
inuisecus; Erurgat de  
us et dissipentur inimi  
ci eius: et fugiant qui  
oderunt eum a facie ei;  
ut fumus minuitur de  
ficiat. ut liqueat cera  
a facie ignis. ita pereat  
peccatores a facie dei;  
Et iterum; Omnes gen  
tes circumdederunt me:  
et in nomine domini  
uindicaui in eis; Sic an  
nis uiginti solitarie t̄is  
actis. atq; ab hominū  
segregatus aspectibus:  
cum magna et propo  
siti inuitari cupientū  
et notorum multitudo  
concurreret: necnō et  
patientium infinita ad  
se caterua conglomerata

ret. tandem pene iam fo  
ribus euulsis. quasi ex  
aliquo celesti adito con  
secratus apparuit; Ob  
stupuerunt uniuersi. et  
oris gratiam et corporis  
dignitatem: quod nec  
postulauit; Et sic rediit

in cellam suam;

**D**icebant seniores quida quando intrabat moyses in nubem cum deo loquebatur. quando autem exibat de nube cum populo erat. sic et monachus donec in cella sua est cum deo loquitur. egrediens autem de cella cum demonibus est;

**D**icebant de quodam senesc in inferioribus quia sedebat quietus et unus secularis fidelis ministrabat ei. Contigit autem ut filius illius secularis infirmaretur. qui multum rogabat senesc ut ueniens oraret pro puero. Surgens autem senesc abiit cum ipso. Precurrens autem ille secularis introuit in domum suam dicens; Venite obuiam solitario illi; Videns autem eos senesc. a longe exeuntes cum lapidibus cognouit quia sibi uenirent in occursum.

et eruens se uestimenta sua misit in flumen. et cepit ea lauare stans nudus; Minister autem eius ille qui eum adduxerat erubuit uidens eum nudum. et rogauit homines illos dicens; Reuertimini. quia senesc iste mente excessit. ueniensque ad senesc dixit ei; Quid hoc fecisti. Omnes enim dicebant de te. quia demonium habet senesc iste. Ille dixit. Et ego uolebam hoc audire;

**I**nterrogauerunt quidam seniores abbate pastorem dicens; Si uiderimus aliquem fratrem peccantem arguimus eum. Respondit eis abbas pastor; Ego intem si habuero necesse transire inde et uidero eum peccantem. preterea et non arguo eum; Sed quia scriptum est que inderunt oculi tui hys

testimonium perhibe :  
 ideo et ego dico uobis  
 quia si non palpaueritis  
 manibus uestris nolite  
 testificari; Aliquando e  
 nim quidam frater seduc  
 tus est in huiusmodi  
 re; Apparuit ei quasi qd  
 frater quidam cum mu  
 liere peccaret; Qui cum  
 per multum impugna  
 retur a cogitationibus  
 existimans simul eos co  
 ure: abijt et pulsauit eos  
 pede suo dicens; Cessate  
 iam peccare. et ecce erat  
 manipuli messis tria;  
 Ideoq; dixi uobis; Nisi  
 manibus uestris palpa  
 ueritis. nolite testificari;

**D**icebant de quoda  
 fratre quia secebat  
 in heremo et seduceba  
 tur a demonibus p an  
 nos plurimos ipse ue  
 ro existimabat quia an  
 geli sunt; Veniebat er  
 go pater eius secundu  
 carnem per tempus et  
 uisitabat eum; vna au

tem dierum tulit secum  
 bipennem dicens quia  
 reuertens afferam pau  
 ca ligna; Et preueniens  
 unus demon ad filium  
 eius dicit; Ecce dyabolus  
 ueniet ad te in similitu  
 dine patris tui. habens  
 bipennem in sporta sua.  
 ut impugnet te; Tu uero  
 preueniens tolle bipen  
 nem illam ab eo. et occide  
 illum; Igitur pater eius  
 uenit secundum consue  
 tudinem. et accipiens  
 filius ipsius bipennem  
 ab ipso percussit eum et  
 occidit. Et continuo ac  
 cessit ei spiritus malus.  
 et suffocabat eum;

**E**rat quidam mona  
 chus solitarius in  
 egypto. qui rogabat deu  
 dicens; Domine. ostende  
 michi iudicia tua; Et du  
 multum deprecaretur  
 deum. vna die astitit ei  
 angelus domini in simi  
 litudine cuiusdam senis  
 dicens; Veni et ingredia

nuur istam heremum et  
requiramus sanctos pa-  
tres: ut audiamus ab eis  
uerbum et benedicamur  
ab eis. Et ingressi here-  
mum post multos labo-  
res inuenerunt spelun-  
cam et pulsantes egres-  
sus est ad eos senex qui-  
dam uir sanctus. et ui-  
dens eos cum gaudio sus-  
cepit. et post laborem la-  
uit pedes eorum. et posi-  
ta mensa refecit eos: et  
sternens eis quod habe-  
bat pausauerunt; Mane  
autem facto. dimisit eos  
cum gaudio; Et exeuntes  
tulit ille angelus absco-  
se catinum in quo come-  
derant et abierunt; Vi-  
dens ille frater quod fe-  
cerat: dixit intra se; Quid  
uisum est huic seni. ut  
homini sancto isti qui  
nos cum tali caritate  
suscepit raperet ei cati-  
num istum? Et dum iter  
facerent. misit post eos  
abbas ille filium suum

dicens; Reddite catinū.  
quem sustulistis uobis-  
cum; Respondit ei an-  
gelus dicens; Ante nos  
est frater cui eum dedi-  
uenu et reape eum; Et  
dum ambularet cum  
eis. impulsit eum ange-  
lus domini per precipi-  
cium. et contractus to-  
tus. mortuus est; Vi-  
dens frater ille quod  
fecerat: contristatus  
timuit dicens; Ve mic-  
hi quod factum est ho-  
mini tali bono; Non  
sufficiebat quod cati-  
num eius rapuimus.  
ad huc et filium eius  
interfecimus: Et am-  
bulantibus eis in he-  
remo per tres dies. in-  
uenerunt cellam ubi  
erat quidam abbas  
senex cum duobus dis-  
cipulis suis; Et dum  
pulsarent. misit ad eos  
vnum de discipulis su-  
is dicens; Qui estis?  
Quid queritis? Respō

254  
deunt dicentes; De labo  
re sumus et uolumus  
benedicti a te. et audire  
uerbum; Mandat eis  
ille senex dicens; Disce  
dite uos non michi ua  
cat; Dicunt ei; Rogam  
te suscipe nos hac nocte  
in cellam tuam ut repau  
semus modice quia de  
gram labore sumus; Et  
iterum mandauit eis;  
Ecedite hinc. ut quid  
ambulatis sicut uagi.  
per heremum. et non re  
sideris in cellis uestris.  
It illi ceperunt supplica  
re dicentes; Vespere est.  
et ne a feris interficia  
mur. suscipe nos hac  
nocte tantum; Vir ali  
quando precepit abbas  
ille discipulo suo dicens;  
Duc eos intus in stabu  
lum; Et uespere facto ro  
gabant dicentes; ut lu  
men nobis modicum  
prestetur ut uideamus  
ubi iacere debeamus;  
Et non eis concessit;

Post modicum uero pe  
tebant dicentes; Propt  
deum. uel modicum aque  
nobis detur; Tunc unus  
de discipulis eius miseri  
cordia ductus. absconse  
abbati suo dixit eis; Rogo  
uos ut nesciat abbas  
meus. de annona mea  
modicum panis ad uo  
bis et aquam; Et man  
serunt sic tota nocte illa  
in terra; Mane autem  
facto. dicit ille angelus  
ad unum de discipulis  
eius; Roga dominum  
abbatem ut det nobis  
orationem. et habemus  
quid offerre ei; Audiens  
hoc abbas ille quia ali  
quid accepturus esset.  
ab eis mox descendit. et  
optulit ille angelus ei  
catinum illum. quem tu  
lerat ab illo uiro sancto;  
Et accepto reclusit se. et  
precepit eis ut ambula  
rent; Videns autem hoc  
ille frater. qui cum eo co  
mitabatur. nesciens qua

angelus esset indignatus  
est. et dixit ei; Recede a  
me. non ultra iam tecum  
alicubi progredior; Ecce  
quanta fecisti: ut homi  
ni illi tam bono et sancto  
qui nos cum tanta carita  
te et gratia suscepit carum  
eius rapuisti et filium in  
terfecisti. et isti homini pes  
simo qui nec deum timet  
nec ante conspectum suum  
eum ponit nec alicui mi  
seretur. ei dedisti eum. Re  
spondit angelus et dicit  
ei; Nonne tu rogasti deum  
ut tibi ostenderet iudicia  
sua. Et missus sum mon  
strare tibi; Latinum illum  
quem a iuro sancto sustu  
li non erat de bono et non  
decebat ut ille uir tam  
sanctus et bonus in cella  
sua aliquid malum ha  
beret sed quod erat de  
malo uenit ad malum.  
ut addatur ei in ruinam;  
filium eius autem ideo  
interfecit. quod si eum non  
interfecissem. in hac noc

te ipse patrem suum oc  
cideret; videns autem  
hoc ille frater cecidit in  
faciem suam ante pedes  
eius. cognoscens quia  
angelus domini esset. et  
statim recessit ab eo; sic  
ille cognouit. quia ius  
ta sunt iudicia dei. **na**  
**I**ncipit de pacien  
tiae quidam secu  
laris habens unicam  
filiam paruulam; ipse  
uero conuerti cupiens  
commendauit eam cui  
dam parenti suo et a  
biijt ad monasterium  
quod longe erat de ci  
uitate milia triginta  
duo. et ingressus perf  
ciebat omne opus quod  
erat monasterij ita ut  
abbas eius amplius  
eum quam ceteros dili  
geret qui in monasterio  
erant. eo quod fidelis  
esset et obediens; Con  
git autem post aliquod  
tempus ut recordaretur  
caritatis filie sue et ce



pit contristari, atq; af-  
 fligi intra se; Et cū per  
 multos dies hoc face-  
 ret. uidit eum abbas  
 suus tribulatum ⁊ dicit  
 ei; Quid habes frater  
 quod sic tristis ambu-  
 las? Dic michi. et deus  
 qui consolatur omnes.  
 dat tibi auxiliū; Tunc  
 ille proci dens cum la-  
 crimis ad pedes eius.  
 dixit; habeo unum fi-  
 lium in ciuitate quem  
 reliqui paruulum. et  
 recordatus affligor. p-  
 ter eum; Et noluit in-  
 dicare ei quod puella  
 esset; Abbas uero eius  
 ignorans causam ⁊ no-  
 lens eum amittere qā  
 necessarius esset mo-  
 nasterio dicit ei; Si dili-  
 gis eum. uade et adduc  
 eum huc. et sit tecum;  
 Et abiens adduxit eū.  
 et dicebatur marina;  
 Et mutauit ei nomen  
 et uocauit eam man-  
 num. et dedit eam ad

discendas litteras intra  
 monasterium et erat cū  
 ea. et nullus cognouit  
 de fratribus eo quod pu-  
 ella esset. sed uocabant  
 eum omnes mannum;  
 Et dum esset annorum  
 quatuordecim. cepit eā  
 pater suus uiam domi-  
 ni docere. et dicebat ei;  
 Vide filia ut nullus cog-  
 noscat mysterium tuū  
 usq; in finem tuum. et sol-  
 licata sis ab insidijs dya-  
 boli ne seducaris ab eo.  
 et istud sanctum monas-  
 terium uideatur p nos  
 solui. et in conspectu ꝑ  
 et sanctorum angelorū  
 eius cum impijs eternā  
 dampnationem accipi-  
 amus; Et alia multa do-  
 cebat eam per singulos  
 dies de regno dei; Dum  
 autem facta fuisset an-  
 norum decem et septem.  
 defunctus est pater eius.  
 Remansit uero sola in cel-  
 la patris sui. et erat obe-  
 diens omnibus in mo-

nafterio ita ut ab abbate  
fuo. et ab omnibus dili  
geretur; Habebat autē  
monasterium par bouū  
et carrum quia uicinum  
erat mare ubi erat em  
porium. et ibant mona  
chi et afferebant que ne  
cessaria erant monaste  
rio; vna uero die dicit  
abbas eius; frater man  
ne quare et tu nō uadis  
cum fratribus et adiu  
uas eos. Qui respondit.  
Iussisti pater; Erat enim  
in ipso emporio pondoci  
um; Lepit frater manni  
frequenter pergere cum  
carro. et si fiebat tardus  
ad reuertendum. manebat  
in ipso pondocio cum ce  
teris monachis; Contigit  
autem per insidias inimi  
ci ut pondox ille haberet  
filiam uirginem ad quā  
ingressus miles concubu  
it cum ea. et concipit pu  
ella de illo milite; Et dum  
cognitum fuisset a paren  
tibus eius ceperunt affli

gere puellam dicentes;  
Dic nobis de quo conce  
pisti; Respondit eis; De  
illo monacho qui dicit  
frater marinus qui hic  
frequenter mansit cum  
carro. ipse me oppressit  
et concepi; Statim autē  
perreuerunt parentes  
eius ad monasterium.  
et dicunt abbati eius;  
Ecce domine abba qd  
fecit monachus tuus  
marinus qui decepti fili  
am nostram; Dicit eis  
abbas; Sinite uideam  
si manifesta sunt que  
dicatis; Et ueniente eo  
dicit ei abbas eius; fra  
ter marinne tu hoc scelus  
operatus es in filia eorū.  
Stans uero diuicius co  
gitauit intra se. et inge  
miscens dicit; Peccau  
pater penitentiam ago  
huic peccato. ora p me;  
Ad uacundiam autem  
commotus abbas eius.  
iussit eam contundi et  
affligi. et ait; In uenta

te dico quia tu qui hoc  
malum operatus es  
non manebis in hoc  
monasterio; Et iactavit  
eam foras; Ipsa uero nu-  
quam ulli confessa est  
mysterium suum. sed  
habijt et iactavit se ad  
fores monasterij et iace-  
bat super terram in pe-  
nitentia affligens se  
tamquam si ipsa peccas-  
set. et ab ingredientibus  
fratribus postulabat  
ut una buccella panis  
ei daretur; hoc faciens  
per tres annos. non re-  
cessit de monasterio;  
Pandocis autem filia  
peperit filium masculu-  
m et ablactavit et addux-  
it eum mater puelle. et  
dum iaceret ibi ante mo-  
nasterium. dicit ei; Ecce  
frater marine quomo-  
do nosti nutri filium  
tuum; Et reliquit eum  
ibi et abiit; Sancta uir-  
go suscipiens tamquam  
proprium filium de ipsa

256.  
buccella panis quam ex-  
gebat ab introeuntibus  
monasterium nutrebat  
filium alienum; factum  
est autem hoc duos alios  
annos. Postmodum uero  
uidentes fratres misericor-  
dia compuncti ingressi ad  
abbatem rogare ceperunt  
ut eum reciperet in mo-  
nasterium dicentes; Ab-  
ba indulge et suscipe fra-  
trem marinum; Ecce quinq;  
anni sunt quod in peni-  
tencia ante ianuam mo-  
nasterij iacet. et non re-  
cessit unquam hinc. Sus-  
cipe eum in penitencia.  
sicut dominus noster  
ihesus xpistus precepit.  
Vix autem impositum est  
ei. et iussit eum ingredi.  
et uocauit ad se et ait;  
Pater tuus fuit uir sanc-  
tus quod tu nosti. et par-  
uulum introduxit te in  
hoc monasterium. nunc  
autem ingressus es cum  
filio tuo quem de adul-  
terio habes. unde oportet

te penitere; Graue enim  
peccatum fecisti. et hoc  
tibi iubeo ut omnes  
mundicias monasterij  
tu solus cotidie facias.  
et aquam ad necessaria  
purganda tu portes. et  
calciarium per singulos  
dies tu omnibus perficias  
et omnibus seruias. in hoc enim  
habebis meam gratiam; Sancta  
uero libenti animo suscipiens  
omne opus quod ei iussum  
fuerat perficiebat; Contigit  
autem eam intra paucos  
dies dormire in domino; Euntes  
fratres nunciauerunt  
abbati dicentes; frater  
marinus defunctus est;  
Dicit eis abbas; videte  
fratres quale peccatum  
fuit ut nec meruit penitenciam.  
sed tamen ite lauate eum  
et sepe lite longe a monasterio;  
Et euntes dum lauaret  
eam cognouerunt quia  
femina esset et ceperunt

omnes mittere voces  
et tundentes se clamabant  
quia talis confitacio et  
paciencia sancta inuenta  
est in ea. cuius mysterium  
nullus cognouit. et sic ab  
eis afflictata est; Et cum  
lacrimis uenientes dicit  
abbati; Abba ueni et uide  
fratrem marinum; Dicit  
eis; Quid est hoc? fratres  
dicunt ei iterum; Veni et  
uide mirabilia dei. et uide  
quid de te agas; Ille territus  
precepit et uenit ad corpus  
et leuans pallium unde  
cooperta erat uidit quod  
mulier esset et mox cecidit  
et caput suum percuciebat  
in terra. et uociferabatur  
dicens; Coniuro te per  
ihesum xpm domuum ne  
me condempnes ante  
conspicuum dei eo quod  
afflixerim te quia ignorans  
feci; Tu domina non dixisti  
mysterium tuum

et ego non cognoui in-  
 uentate sanctam con-  
 uersationem tuam; Et  
 iussit sanctum corpus  
 eius in monasterium  
 intra oratorium repo-  
 ni; Eadem uero die pu-  
 ella illa arrepta a demo-  
 nio uenit ad monaste-  
 rium et confitebatur  
 crimen quod comise-  
 rat. et de quo concepis-  
 set; Et in septima die  
 repausationis eius in  
 domino ibi intra ora-  
 torium liberata est a de-  
 monio; Audientes autē  
 qui erant in <sup>ib</sup>emporio  
 et uicina monasteria n-  
 mirabilia que facta fu-  
 erant. accipientes cru-  
 ces et cereos cum ym-  
 nis et canticis et psal-  
 mis benedicentes deū.  
 uenerunt in ipso mo-  
 nasterio. et ingressi in  
 oratorium ubi corpus  
 eius quiescebat. be-  
 nedixerunt dominum.  
 ubi usq; modo deus ora-

tionibus sancte uirginis  
 multa facit mirabilia;  
**Incipit uita scē pelagic**  
**M**agnas semper do-  
 mino referre debe-  
 mus gratias qui nō uult  
 perire peccatores in mor-  
 tem. sed omnes per peni-  
 tenciam conuerti cupit  
 ad uitam; Audite igitur  
 miraculum quod gestum  
 est in diebus nostris; Vi-  
 sum est michi peccatori  
 iacobo scribere uobis fra-  
 tribus sanctis ut audien-  
 do uel legendo credatis.  
 et animabus uestris in  
 maximum consolatio-  
 nis auxilium acquiratis;  
 Misericors enim dominus  
 qui nullum uult homi-  
 nem in hac mortali uita  
 perire statuit in hoc secu-  
 lo ut per satisfactionem  
 delicta donentur. quia  
 in futuro iustum iudiciū  
 erit. in quo recipiet vnus  
 quisq; secundum opera  
 sua; Nunc ergo silenciū  
 michi prebete intueni

ni mecum omni diligen-  
cia cordis. quia relatio  
compunctione satis u-  
berima plena est.

**V**enerabilis antiochene  
ciuitatis episcopus pro  
quadam causa uocauit  
ad se quosdam iuxta se  
commanentes episcopos.  
et conuenerunt octo nu-  
mero. Inter quos fuit et  
sanctus dei nonnus no-  
mine episcopus meus  
uir uenerabilis equi rec-  
tiq; tenax. qui propter  
in comparabilem uitam  
et castissimam conuer-  
sationem ex monacho  
in tabeniensiotariū mo-  
nasterio commorans or-  
dinatus est pontifex. Con-  
uenientibus ergo epis-  
copis: iussit antistes ut  
hospiciū acciperent  
in basilica beati marty-  
ris iuliani; una uero sab-  
bati descendentes epis-  
copi de meditatibus sui.  
ante fores eiusdem basi-  
lice conuenerunt. cum su-

pra memorato uenera-  
bili nonno. Quem at-  
tencius obsecrabant.  
ut ab eo uerbum edifi-  
cationis audirent. Qui  
inor aperiens labia ce-  
pit per spiritū sanctū  
proloqui que ad salute  
audiencium spectabat.  
Et ecce cunctis ammi-  
rantibus et stupentib;  
de predicatione semis-  
serinproiuiso transiebat  
quedam nonnarum  
prima antiochene ciui-  
tatis quam uulgo or-  
gistrā uocant sedes  
super asinam cum igen-  
ti phantasia ornamen-  
torum: ut nichil aliud  
super eam nisi aurum  
iuderetur et margarite  
et lapides pretiosi; q  
Quam etiam multitu-  
do puercorum et puel-  
larum precedebat et  
subsequebatur. quoru  
erat habitus ualde cop-  
tus. erant enim uestib;  
predans induti. et ui-

ques ex auro ceruices eo-  
rum circumdederant;  
Et contemplatione  
igitur eius nullam sa-  
tietatem amatores sui  
omnino capiebant; Nam  
quocumque transiebat  
vniuersum aerem odo-  
rem musti ceterorumque  
redolebant aromaticum.  
Quam uidentes episco-  
pi cum tanta pompa  
et in pudencia preten-  
re nec in honorem dei  
et pontificum a sella des-  
cendere; quasi a pecca-  
to grauissimo suam fa-  
ciem auerterunt; Sanc-  
tus uero nonnus epis-  
copus cum eam diuci-  
us et studiosius inspi-  
ceret. postea quam pre-  
tenuit declinans faciem  
suam posuit super ge-  
nua et lacrimis tam  
manuale quod tene-  
bat in manibus quam  
sinum omnem imple-  
uit: atque ex intimo cor-  
dis trahens suspiria

258  
dixit ad coepiscopos;  
Interrogo uos: nonne  
estis delectati tantam  
pulchritudinem istius  
mulieris. Ipsi uero ta-  
cuerunt; Ille autem fa-  
ciem suam iterum super  
genua sua inclinans ua-  
lidissime suspirauit. pec-  
tusque suum percussit.  
clicium suum quo erat  
indutus lacrimis irri-  
gabat: ac deinde secundo  
ait coepiscopis; Vere non  
estis decore istius mulie-  
ris delectati. Illis nichil  
respondentibus. ait ipse;  
Vere delectatus sum: et  
eius michi placuit pul-  
chritudo; In ueritate nam-  
que dico uobis quoniam  
hanc prelaturus est uo-  
bis deus. et constitutus  
ante conspectum tremen-  
de sedis sue: ut nos et nos-  
trum iudicet sacerdo-  
cium; Nam quantas pu-  
tatis pessimi moras ho-  
rarum intra suum exe-  
git cubiculum. abluens.

et stringens se ungentis  
q; diuersis liniens. et ad  
spectaculum diligenter  
exornans ut presenti  
seculo placeat. et omni  
bus desiderabilis uite  
atur ne cuiquam suorum  
amatorum turpis ap  
pareat. qui hodie uiden  
tur esse. et cras plerumq;  
non comparent. Nos ue  
ro habemus in celis eter  
num patrem in secula  
iugiter permanentem  
et sponsum in mortalem.  
donantem bene seruien  
tibus perennes delicias  
que estimari nullatenus  
possunt. quas nec ocu  
lus uidit. nec auris au  
diuit. nec in cor homi  
nis ascendit. que prepa  
rauit deus diligentibus  
se. Et quid plura. habē  
tes promissionem certā  
ut celestis sponsi faciem  
uideamus. quem cheru  
bin et seraphim non au  
dent omnino respicere.  
non nos ornamus nec

detrahimus immundi  
cias animabus nostris  
insecras. sed immundi  
cie nos tradentes iace  
mus elisi. qui pro cete  
rorum exemplo in uir  
tutum tramite semper  
deuimus stare. hys  
ita dictis incubuit ex  
more super manū meā.  
atq; in hospicium cofes  
tim intrauimus. Stā  
q; prouens super pau  
mentum facie sua fere  
bat terram. et solium  
omne lacrimis rigauit  
dicens; Misissime deus  
ignosce michi peccatori.  
quia unius diei meritis  
ornatus totius uite mee  
superauit industrie or  
namentum; Quo uultu  
te conspiciam domine.  
vel quibus uerbis me  
coram tuis conspectibus  
excusabo. Nec enim po  
tero abscondi coram te.  
qui secreta consideras.  
ve michi peccatori. qui  
a sancto altari tuo idig



289  
nus assistens. nullos  
iuxta uoluntatem tuam  
ornatus mentis exhibui.  
sed tu domine miserator  
et misericors qui creasti.  
cuncta de nichilo. qui me  
quoque in mentum formasti.  
et statuisti digne seruire tibi.  
ne repellas me a celestium  
sacramentorum. ne me confundat  
unius meretricis ornatus  
ante conspectum tremende  
maiestatis tue. quia illa  
pro terrenis et caducis se  
summo studio deco-  
rauit. ego uero tibi in  
mortali domino placere  
proposui. et pro meam  
negligentiam non impleui.  
Ego ergo tam in terris  
quam in celo defrutum  
et nudum me esse uideo.  
quia mandatum tuorum  
non custodiu precepta.  
Illa uero quecumque  
promisit hominibus cum  
omni alacritate perfecit.

Non igitur est michi spes  
salutis in operibus meis.  
sed anima mea in sola  
pietate tua et in mensitate  
suspensa est. et in  
multitudine misericordie  
tue confidit. ut eam  
saluam facias; hec autem  
illo crebrius dicente. et  
fortiter euilante dies  
illucescebat dominicus;  
Post nocturnas igitur  
orationes ait ad me; frater  
iacobe sompnum uidi.  
et ualde conturbor quia  
non queo quid sibi uelit  
omnino discernere. Et  
ait; uidebam me ad cornu  
altaris assistere. et  
columba plena tetro colore  
et sordibus circumuolitabat  
michi cuius fetorem  
sordidum non poteram  
sustinere. Illa uero  
persestebat circumuolitans  
michi donec oratio  
pontificis dimittere  
et catecuminos discedere  
precepit. nusquam  
omnino intra ecclesiam

comparuit; Post exple-  
tas uero missas fidelium.  
subito ecce illa columba  
sordibus plena puenit.  
et michi sicut paulo ante  
aduolabat; Ego uero ex-  
tendens manum appre-  
hendi eam. et eieci in can-  
tarum quod ante atrium  
stabat ecclesie; Que con-  
tinuo in aqua omnes  
sordes squaloris exposu-  
it atque exinde uelut nix  
munda confestim ascen-  
dit: tantamque altitudi-  
nem aeris uolatu percipit  
quantum oculi mei pro-  
spicere non poterant.  
hec ergo cum michi sac-  
tus nonnus episcopus  
retulisset tenuit manum  
meam: et ad ecclesiam  
cum alijs episcopis ue-  
nimus; Cumque saluta-  
sent episcopum ciuita-  
tis: ad celebrandas mis-  
sas simul cum eodem p-  
cesserunt; Et post sancti  
euuangelij lectionem  
precepit episcopus cui

tatis sancto nonno ut  
uerbum exhortationis  
populo predicaret; Qui  
consurgens: cepit per  
dei gratiam que in eo  
erat ad edificationem  
ecclesie copiosius p-  
dicare; Nichil in eo retho-  
ricum nichil literarium.  
nichil humane uento-  
sitate doctrineque reso-  
nabat. sed repletus spi-  
ritu sancto corripuit  
errantes. futurum uidi-  
cum commemorans. et  
labentes animos spe  
benigna confortans;  
Cuius monitis ita sunt  
populorum corda con-  
puncta: ut pauimentum  
ecclesie lacrimis inun-  
daret; Prouidencia ita-  
que diuina contigit: ut  
illa meretur de qua  
nobis is sermo est. tunc  
ibi esset; Erat namque  
catecumina: et nunquam  
ad ecclesiam ueniebat.  
peccatorum multitu-  
dine pregrauiata. Sed

tunc uoluntate dei af-  
fuit. et ita timore do-  
mini compuncta est ut  
mirro modo ex oculis  
eius fluerent flumina  
lacrimarum; Que etiã  
duobus pueris suis pre-  
cepit. ut sustinerent. et  
agnoscerent ubi hospi-  
taretur episcopus nos-  
ter; Quod ita factũ est.  
Subsecuti enim sunt  
nos et uiderunt ubi ma-  
neremus nunciauerunt  
q; domine sue; Que con-  
festim scripsit per eoste  
dipticia hec continen-  
tia; Sancto episcopo  
nonno discipulo xpisti.  
pelagia peccatrix disci-  
pula dyaboli; Auditu  
compi de deo tuo que  
colis quod inclinauit  
celos et descendit ad  
terras non ppter iustos  
sed ut peccatores peni-  
tencie medicina sana-  
ret et tantus ac talis  
publicanus et impijs  
appropinquauit. atq;

260  
hic quem cherubin et se-  
raphin non audent re-  
spicere cum peccatorib;  
non dedignatus est con-  
morari sicut et tu pater  
uenerabilis predicas; Si  
ergo uere huius domini p-  
banis esse discipulus ne  
me despicias. sed suscipe  
me saluari cupientem;  
**T**unc sanctus episco-  
pus taliter ad ista  
rescripsit; Quicumq; es  
deo nostro manifesta es.  
attamen moneo ut hu-  
militatem ineam omni-  
no non temptes. quia  
sum homo peccator; Si  
autem in ueritate salua-  
ri desideras et me uide-  
re deposcas. inter alios  
episcopos me uidebis.  
nam solum uidere me  
non poteris; Que cũ hec  
legisset exurgens cursu  
concito uenit ad basilicã  
ubi hospicium habeba-  
mus. et premittens de  
suo nuntiauit aduentu;  
Sanctus uero nonnus

hec audiens rogauit ad  
se omnes episcopos co  
uenire. sub quorum pre  
sencia iussit eam ingredi.  
Que cum intrasset pstra  
uit se super pauimentū.  
et apprehendens pedes  
sancti nonni uehemen  
ter euulabat. capiti q; su  
o puluerem iaciens fle  
tu pedes rigabat. et ca  
pillis tergebat: clamans  
et dicens; Misere me  
hi domine peccatrix. imi  
tare dominum ac docto  
rem tuum xpistum. et  
effunde super me uisce  
ra misericordie: fac me  
protinus xpistianā; Ego  
enim sum pelagia. pela  
gus iniquitatis. exundās  
fluctibus peccatorū; Ego  
sum perdicionis abyssus:  
ego sum uorago et laque  
us animarum; Ego delec  
tatione mortifera uolup  
tatibus multos decepta  
decepi; Que nunc cuncta  
phorū. et de tantis ma  
lis penitens. obsecro bap

tizari ut peccata mea di  
mittantur michi: et om  
nes anime mee sordes  
atq; in mundicie mee  
deleantur; Credo namq;  
quod baptismo sancti  
ficationis renata decep  
toris mei dyaboli manū  
effugiam; Episcopi uero  
qui aderant. nosq; om  
nes clerici circumstan  
tes cepimus ammiran  
uidentes subito tantā  
conuersionem meriti  
cis et fidem. tantasq;  
lacrimas quantas ne  
mo nostrum unquā  
aliquando uidisse me  
mīnerat; Cui tamen e  
piscopus nonnus uix  
a suis pedibus surge  
re peruasit: dicens ca  
nones continere. non  
debere meretricem ante  
baptizari. nisi fidei uis  
res ante dederit. se tem  
ceps prauis actibus nō  
inuolui; Que cum acci  
pisset tale responsum.  
iterum se proiecit in ter

et fletus an  
abat dicitur  
reddas deo  
mei et ad re  
nam meum  
si me baptiz  
tis; Timeo nan  
per hanc morat  
ille quem uolo  
e suis me ritat  
um laqueis in  
Ego enim su  
pripis hui uir  
tis; Ego ergo t  
quas cum sanct  
deum porton  
offeris anime  
tatem. ne feru  
ularis spaci  
ille repenat  
malis actibus  
den quos eu  
at; Ibaris qu  
ne lamato reg  
amis hodie mi  
tas. et oration  
po me offeras  
uores cuncti q  
unus glazifi  
deum: uide

ram. et flens atq; euilas.  
clamabat dicens; Ratio-  
nem reddas deo de ani-  
ma mea. et tibi reddat  
factorum meorum iniqui-  
tas: si me baptizare dis-  
tuleris; Timeo namq;  
ne per hanc moram hos-  
tis ille quem uolo effu-  
gere suis me nitatur  
iterum laqueis urea-  
re; Ego enim fui iniquus  
et turpis huius uite mul-  
cipula; Ego ergo te si  
inuenias cum sanctis  
apud deum portione.  
ne differas anime me-  
e salutem. ne ferus ille  
singularis spacium in  
fortasse reperiat. quo  
me malis actibus iam  
pudem quos euasi in-  
uoluat; Idcirco queso  
ut me lauacro regene-  
rationis hodie mundam  
efficias. et oblationem  
deo pro me offeras. hec  
audientes cuncti qui  
aderamus glorifica-  
uimus deum. uidentes

260  
mulierem meretricem  
tanto desiderio salutis  
accendi; Confestim igitur  
sanctus nonnus episco-  
pus me peccatorem et  
promptum diaconum  
suum duxit ad episco-  
pum ciuitatis ut ei cunc-  
ta que gesta fuerant in-  
inaremur. et unum de  
suis diaconibus in pre-  
senti transmitteret; Quo-  
cum uenissemus. insinu-  
auit episcopo que acta fu-  
erant; Qui magno reple-  
tus gaudio. statim man-  
dauit uenerabili episco-  
po nonno; Bene pater  
sanctissime tibi mane-  
bat opus hoc. te tece-  
bat ecclesie sancte tales  
fructus acquirere; Scimus  
quod sermo dei est sic mo-  
nentis; Si feceris inquit  
gloriosum ex indigno.  
quasi os meum eris; Ius-  
sit quoq; uenire mecum  
uenerabilem romanam  
abbatissam; Cumq; ue-  
nisset. repente pelagiam

ad huc iacentem ad pe-  
des sancti nonni episco-  
pi. et amare deflentem.  
Quam cum leuasset dix-  
it ei; Surge filia: et om-  
nia circa te per exorasmū  
et sacrum baptismum di-  
uina mysteria compleam-  
tur; Quae cum surrexisset.  
dixit ei episcopus; Confi-  
tere cuncta peccata tua;  
Cui illa respondit; Si dili-  
genter conspiciam consa-  
entiam meam: nec uesti-  
gium quidem in me um-  
quam operis boni repe-  
rio; Peccata namq; mea.  
et numerum harenae ma-  
ris excedunt: et pondere  
grauiora sunt; Confido  
tamen in domino quod  
misericordiae eius me  
ab iniquitatum mearū  
oneribus abluant: et cūc-  
torum criminū indulgē-  
tiam prestent; Et episco-  
pus ad eam; Dic inquit  
quod est nomen tuum;  
Et illa; Il natuuitate qui-  
dem pelagia michi est

nomen: vniuersa uero  
ciuitas antiochena mar-  
gauram me uocabat  
propter pompam or-  
namentorum. quibus  
ad scelera dyabolus me  
exornabat: ut per me  
conuenticula sua effice-  
ret; Episcopus uero pe-  
lagia inquit uocaris.  
Et illa; Etiam domine;  
Tunc episcopus exor-  
tizans baptizauit eam  
in nomine patris et fi-  
lij et spiritus sancti. tra-  
dens ei communionē  
corporis et sanguinis  
domini nostri ihesu cris-  
ti in uitam eternam.  
Facta est autem mater  
eius in baptismo roma-  
na abbatis; Tunc ue-  
ro ait ad me sanctus  
episcopus. frater iaco-  
be letemur hodie cum  
angelis dei: et oleum  
percipiamus et uinum  
spirituali gaudio prop-  
ter huius puellae salu-  
tem; Percipientibus

ergo nobis cibum. ecce  
apparuit dyabolus quasi  
nudus manus habens  
super caput intertas. et  
ita uociferabatur dicens.  
O uolencia. o quid paci  
or ab hoc sene decrepito.  
Non tibi sufficebant tri  
ginta milia sarracenoꝝ.  
quos michi uolenter  
eripiens deo tuo p bap  
tismu optulisti. Non tibi  
sufficiebat eliopolis ciui  
tas. que quondam mea  
fuit. Nam cuncti com  
uertes mea me adora  
bant. Quos a me abse  
rens et baptizans. tuo  
domino consecrasti. Non  
tibi sufficebant tante  
nationes quas michi  
abstulisti et diuino cul  
tui mancipasti. insuper  
et nunc spem meam in  
imam penitus absidisti.  
O uolencia. o senectus  
mala. iam ultra non fe  
ro machinationes tuas.  
Valedictus dies ille in  
quo michi contrarius

262  
natus es. Nam flumen  
lacrimarum tuarum ue  
lut torrens impexit do  
miculum meum infirmu.  
et spem meam funditus  
subruit. hec omnia dice  
bat dyabolus uehemen  
ter uociferans. et pluuſi  
lacrimis exaggerans. ita  
ut ceteri episcopi clamo  
rem eius audirent. et ip  
sa uenerabilis romana  
abbatissa eiusq; filia qua  
nuper de fonte suscepe  
rat pelagia. Ad quam co  
uertens se dyabolus aie  
bat. Quid est hoc quod  
michi fecisti domina me  
a pelagia. Et tu mecum  
iudam imitata es. et ille  
quidem gloria et honore  
coronatus. et in apostoli  
co constitutus fastigio de  
um pprium tradidit. tu  
autem cum eo existens.  
similia michi fecisti. Tunc  
mater eius romana dixit  
ei. Signa te filia signo sac  
te crucis. et ab renuncia  
dyabolo. Que cum hoc fe

cisset. et inuocasset nomē  
domini nostri ihesu xpi.  
nusquam dyabolus com  
paruit; **P**ost duos ue  
ro dies cum dormiret me  
morata pelagia cum ma  
tre sua romana. iterum  
uenit dyabolus. et excitās  
eam. dixit; Domina mi  
marganta. quid tibi um  
quam mali feci. Numquid  
non te ex lapidibus preci  
osis et margaritis orna  
ui. Numquid non auro  
et argento et cunctis di  
uitijs repleui; Quæso dic  
quid est in quo te contris  
tarem. et ego protinus  
satisfaciam. tantū ne me  
deseras. ne derelinquas.  
ut obprobrium xpistia  
nis efficiar; hanc uocem  
illa pelagia audiens sig  
nabat se. et exsufflans dy  
abolum dixit ad eū; Ab  
renuncio tibi. et abirenun  
cio sathane; Deus meus  
ihesus xpistus qui me li  
berauit de medio faucium  
tuarum et induxit in cha

lamum suum celestem.  
interdicat tibi; Et exci  
tans matrem suam dix  
it ei; venerabilis mater  
roga pro me dominum.  
quia sicut leo ita appa  
ruit michi dyabolus;  
Que respondens. ne in  
quid eum timeas filia.  
nam ammodo umbrā  
tuam quoque reformidat  
et refugit; Die autem  
tercio euocabat seruum  
suum prefata pelagia  
qui preerat omnibus  
suis. et dixit ei; Vade in  
domum. et sub diligen  
ti noticia describe uniuersa  
que tam in uestibus  
quam in auro et argen  
to uel ornamentiis sunt.  
et defer michi; Illyc ser  
uus et fecit cuncta que  
sibi fuerant imperata.  
deditque omnia ad do  
minam suam; Que mox  
per matrem suam sup  
plicabat sancto nonno  
dicens; Hec omnia tuis  
sanctis uenerandisque ma



nibus trado; hec sunt  
 diuitie quibus me dya-  
 bolus ob scelera merite  
 dis loco decepit; has ergo  
 domine committo tue  
 sanctitatis arbitrio; Mic-  
 hi namq; sufficiunt diui-  
 tie sponsi. ⁊ domini mei  
 ihesu xpisti; Conuocans  
 autem vniuersos seruos  
 suos uel ancillas manu-  
 misit eos donans singu-  
 lis certam pecuniarum  
 quantitatem. et como-  
 nens eos ut curaret sol-  
 licitius etiam a peccatis  
 huius seculi semper ue-  
 ram exhibere libertate.

**S**anctus uero nonius  
 episcopus conuo-  
 cans equonodum hoc  
 est dispensatorem eccle-  
 sie. coram ipsa tradidit  
 ei vniuersam substanci-  
 am eius dicens; Adiu-  
 te per dominum ut nic-  
 hil de hac substancia sibi  
 trahatur. nec quicquam  
 ex ea inferatur non in  
 domo ecclesie. non in do-

mo episcopi. non in tua. sed  
 cuncta uiduis et pupillis  
 et pauperibus distribu-  
 tur. quid hoc congruit ut  
 que male collecta sunt be-  
 ne et salubriter erogent.  
 et diuitie peccatorum vti-  
 bus proficiant pauperu;  
 Quod sine mora factu est.  
 Ancilla uero dei pelagia die  
 baptismatis de suis rebus  
 nichil penitus degustauit  
 sed pascebat eam mater  
 sua romana. intantu ut  
 nichil sibi de facinorum  
 suorum facultatibus re-  
 seruaret; Illucescente aut  
 die dominico quando  
 mos est baptizatis albas  
 uestes exponere surgens  
 pelagia nocte exiit se uel-  
 tibus baptismatis et idu-  
 it se tunicam et birrum  
 cilicinum ignorantibus  
 nobis. et ex illa die non  
 est amplius uidem uisa.  
 Cyater uero illius spiritu-  
 alis ualde plangebatur. me-  
 tuens ne forte dyabolus  
 eam suis laqueis iterum

iretisset; Quam sanctus  
episcopus nonnus conso-  
labatur dicens; Noli fle-  
re filia sed potius letare  
cum angelis sanctis. quia  
pelagia sicut maria me-  
liorem partem elegit. que  
non auferetur ab ea; hec  
autem omnia uniuersa  
ciuitas antiochena cogno-  
uit: et deo maximas gra-  
cias retulit; Post paucos  
uero dies eiusdem ciuita-  
tis pontifex cunctos epis-  
copos qui fuerant euo-  
cati ad propria redire p-  
**I**gitur post **C**cepit;  
tres annos uotū uouit  
ut iherusalem peterem:  
et sancta loca dominice  
resurrectionis adorarem;  
Cumq; memoratum pa-  
trem et episcopum meū  
nonnū peterem ut me  
illuc ire permitteret: ut  
erat clemens sine mora  
concessit; Et ait michi;  
frater iacobe cum deo p-  
tante iherusalem uene-  
ris post sanctorū locorū

uenerationem diligent  
inquire quendam mo-  
nachum pelagium no-  
mine. qui plurimo tem-  
pore solitariam uitam  
agit reclusus. visita eū  
quia uere seruus dei est.  
et integer monachus;  
Episcopus autem dice-  
bat de pelagia ancilla  
dei. sicut rei exitus docu-  
it: nec michi tamen ali-  
quid manifestius pate-  
**U**enimus **F**ecit;  
itaq; ad sancta loca.  
et adorauimus beatam  
resurrectionem. et glori-  
osum lignum crucis;  
Sequenti uero die req-  
sui sanctum pelagium.  
et perueniens in monte  
olueti ubi dominus  
noster orauit quia ibi  
memoratum monachū  
habitare asserabant.  
uidi cellulam eius un-  
diq; circumclusam. par-  
uam uero fenestram tan-  
tum habebat; Quam cū  
pulsarem aperuit mic-

hi. et cum uidisset me  
 festum agnouit. neq; ta-  
 men se michi manifestauit.  
 ego uero non cognoui eum;  
 Erant enim oculi eius pre nimia ab-  
 stinencia concavi. & iuncture  
 ossium eius diuumerabantur.  
 facies q; emartuerat. et uelut  
 rugis exarata uidebat;  
 Cumq; poposassem ab ea  
 benedictionem benedixit michi.  
 et interrogauit dicens; habes  
 episcopum? Cui ego respondi;  
 Etiam domine pater; Que ait;  
 Dicit pro me; quia uere episcopi  
 xpisti est; Sed et tu frater  
 diacone ora pro me; Ego  
 uero hec audiens uehementer  
 mirabar tam de episcopo quam  
 etiam de me. quod etiam  
 diaconum me uocasset; facta  
 aute hora tertia. cepit domino  
 psallere sollempniter; Ego  
 quoq; iuxta cellu-

lam eius stans et orans  
 deum ~~uocauit~~ discessi: multum  
 de uisione eius angelica letus  
 effectus; Singula etiam monasteria  
 circuibam ut uiderem patres  
 et fratres et ut ab eis benedictionem  
 perciperem. et ubiq; qd diaconum  
 me uocasset magna domini pelagii  
 fama in monasteriis ferebatur;  
 Cum iterum ad eius cellulam  
 peruenissem et iuxta consuetudinem  
 nichil audiuisse. intermisi unum  
 et alterum diem metuens ne forte  
 mortuus esset et nemo cognosceret;  
 Tercio die ueni et aperiens fenestram  
 eius. uidi eum mortuum; festinans  
 q; ueni iherosolimam glorificans  
 deum; et nunciaui quod abbas  
 peragrasset ad dominum; Tunc  
 uniuersa monasteria sibi inuicem  
 nunciauerunt; **C**onuene-

runt etiam tam de ihericho quam de uniuersa regione iordanis. et congregata est multitudo monachorum in monte oliueti. Cumq; sanctum corpus eiecissent de cellula et posuissent super scamnum accessit iherosolimorum episcopus cum sanctis fratribus ut ex more corpus lauarent. et reperit quod mulier fuisset; Et exclamauerunt uoce magna dicentes; Gloria tibi domine qui multos habes sanctos absconditos: non solum uiros sed etiam mulieres; Et quia tante rei miraculum celari non potuit. congregata multitudo copiosa. necnon et plurima uirginum monasteria. ita cum psalmis et ymnis sanctum cadauer portatum est a beatissimis patribus et in loco mundissimo collocatum. ad laudem et gloriam patris et filij et

spiritus sancti; Ego uero uniuersa hec nunciam anthiochie sanctissime matri eius romane. et necnon et domino meo nonno episcopo. Tunc enim recordatus sum ipsam esse de qua michi memoratus pater dixerat. ut cum uenisse ad loca sancta requirerem pelagium monachum; Omnes autem qui audierunt. pre gaudio lacrimati sunt dicentes; Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone uoluntatis; hec fuit uita quidam meretricis. et ista conuersatio. cum qua nos deus faciat inuenire misericordiam in illa die. quoniam ipsi est honor et gloria in secula seculorum. *In*

*pit uita scē eufrosine*

**F**uit uir in *uirginis:*  
alexandria patrum  
cuius nomine. honorabi

us omnibus et custodiens mandata domini; hic accepit conjugem dignam generis sui et ipsam honestis in moribus plenam. sed sterilis non pariebat; Illa autem nimis fluctuans eo quod non haberet cui omnes facultates suas dimitteret. ut post obitum suum bene et congruenter suam substantiam gubernaret. indigentibus non cessabat ministrare. nocte et die ecclesiis adherens. ieiuniis et orationibus petens a deo sibi dari filium. maxime videns virum suum fluctuantem; Multam etiam pecuniam erogabat pauperibus postulans adimpleri desiderium suum; Similiter autem et vir eius circuebat. quarebat aliquem in amorem hominem dignum deo. qui possit precibus suis effectum desiderii

265  
sui perficere. et ita ambulavit in monasterium. quia eiusdem magnum patrem dicebant apud deum esse illicque ingressus et multam pecuniam offerens. multam fiduciam etiam ab abbate et a fratribus consecutus est. Post multum vero temporis indicavit abbati causam desiderii sui. cui compagens illi postulavit a deo dari fructum ventris. et amborum orationem exaudiens deus largitur unam filiam; videns autem pascuus abbatis conversationem. nunquam a monasterio discedebat. unde et conjugem suam introduxit. ut benediceretur ab abbate et a fratribus. Tollens autem infantulam a lacte ut facta est annorum septem baptizata est. imposueruntque illi nomen eufrosina. Gaudebant autem super illam

parentes eius: quia erat  
accepta deo et pulchra fa-  
cie; facta igitur annorum  
duodecim. mater eius mi-  
grauit ex hoc seculo. Re-  
mansit autem eius pater  
erudiens litteras eam et  
lectionibus; ceteraq; huius  
mundi sapientia; Quella  
uero tacitam excipiebat  
disciplinam. ut inuaret  
pater illius prudentiam;  
Opinio autem illius pa-  
trauit totam ciuitatem  
de sapientia eius atq; doc-  
trina et quia erat pulchra  
nimis et composita uul-  
tu et animo multos exci-  
tauit ad accipiendam fi-  
liis suis. multis decernan-  
tibus cum patre eius per-  
uenire ad finem non po-  
terant. sed ipse tantum di-  
cebat uoluntas dei fiat;  
Vnus autem ex eis ersu-  
perans omnes in hono-  
re et diuicijs accersuit  
patrem illius. et postula-  
bat ab eo dari filiam ei  
filio suo in matrimonio.

et concedente eo sunt  
consuete desponsatiui  
aure. Post multum uero  
temporis accipiens eam  
pascuicus cum esset an-  
norum decem et octo. a-  
bit in monasterium cum  
ea in quo consueuerat  
ambulare. multamq;  
iterum pecuniam largi-  
tus ad necessaria fratrum  
dixit abbati; fructum  
orationum tuarum ad-  
duri tibi ut ores pro ea.  
quia iam ad nuptias  
eam tradere uolo; iussit  
autem abbas introdu-  
ci eam in synodo chion  
monasterii locutusq;  
est cum ea. et benedicens  
exhortatus est eam de  
castitate et patientia  
timoris dei; facientes  
autem ibi tres dies au-  
rem cotidie ponebat  
ad psalmos. et uidens  
singulorum conuersa-  
tionem et spirituale pro-  
positum. mirabatur cor-  
uitam dicens; Beati sunt

266  
um isti qui in hoc seculo  
similes angelis sunt et  
propter hoc uitam eter-  
nam consecuntur. Et ce-  
pit cor eius sollicitans  
esse in zelo timoris dei;  
Post tres autem dies  
dixit pafnucius ad ab-  
batem; Veni pater ut  
salutet te ancilla tua et  
ora pro ea. quia am-  
bulare uolumus in ci-  
uitatem; Cum autem  
uenisset abbas proie-  
cit se ad pedes eius di-  
cens; Obsecro te ora pro  
me pater ut lucretur  
deus animam meam;  
Extendit ergo manum suam  
et benedixit eam dicens.  
Deus cognoscens homi-  
nem antequam nasca-  
tur tu huic ancille tue  
curam habere digneris.  
ut mereatur portionem  
et consortium in regno  
celorum; Et commendantes  
se seui abierunt in  
ciuitatem; Pater uero  
eius si aliquando inue-

niebat monachum addu-  
cebat eum in domum  
suam petens ut oraret  
pro ea; Vna autem die  
anniuersaria qua ordina-  
tus est abbas monaste-  
rii de quo supra diximus.  
misit unum de fratribus  
ad pafnucium. ut inuita-  
ret eum ad sollempnita-  
tem abbatis; Qui abiit  
in domum eius. et requi-  
siuit eum; Pueri autem  
dixerunt; Processit; Audi-  
ens eufrosina aduocauit  
illum fratrem. et cepit  
interrogare eum; Sic  
michi pro caritate domi-  
ni frater? quanti fratres  
estis in monasterio? Ille  
dixit; Trecenti quin-  
quaginta duo; Dicit ei  
puella; Qui uoluerit ue-  
nire illic ad conuersionem.  
suscipit illum abbas pa-  
ter uester. Respondit ei.  
Etiam cum magno gau-  
dio suscipit eum abbas.  
maxime propter uocem do-  
mini dicentis. qui uenit

ad me non etiam foras.  
Dicit ei eufrosina; Omnes  
in ecclesia uestra psallit  
et equaliter ieiunatis. Di-  
cit ei monachus ille; Con-  
muniter quidem psallim.  
ieiunat uero unusquisque  
quomodo uult et quantum  
ualet. ut non fiat contu-  
max uoluntatis conuer-  
satio. sed proprii arbitrii. et  
spontanea uoluntate;  
Omnes ergo perscrutans  
conuersationem mona-  
chorum; dicit ad mona-  
chum; volebam abire et  
peruenire ad huiusmo-  
di inenarrabilem uitam  
sed timeo inobediens  
esse patri meo quia pro  
uana et caduca huius  
seculi substantia cupit  
me tradere uis. Dicit ei  
monachus ille; Soror non  
permittas ut polluat ho-  
mo corpus tuum et trada-  
talem pulchritudinem  
pati obprobrium. sed de-  
sponsa te christo qui tibi  
potest pro istis omnibus

transeuntibus dare reg-  
num celorum. et cum an-  
gelis consortium; Decul-  
te autem exiens uade  
ad monasterium muta-  
to habitu seculari. indu-  
ta ueste monachali. ut  
possis euadere; Que cum  
audisset placuit ei. et  
dixit illi; Quis me habet  
tondere? Nolebat autem  
se alaico tondere. qui non  
seruat fidem. Dicit ei  
monachus; Ecce pater  
tuus ueniet mecum in  
monasterio. et faciet  
ibi tres dies uel quatu-  
or. tu autem adduc te  
cum unum de mona-  
chis. et quomodo uole-  
occurreret tibi cum mag-  
no gaudio; hec et huius-  
similia eo dicente ad  
eufrosinam uenit pas-  
nucius. et uidens mo-  
nachum interrogauit  
eum dicens; Quid ad  
nos fatigatus aduenis-  
ti. Et dixit ad eum; An-  
niversarius dies est



267  
monasterij: misit q; ab  
bas ut uenias. et acci  
pias benedictionem.  
Laurus autem patriu  
cuis est. ingressus q; cu  
eo in nauiculam. abie  
runt in monasterium;  
Cum autem essent ibi.  
misit eufrosina unum  
fidelissimum famulu  
dicens; vade in monas  
terium theodosij. et in  
gressus in ecclesiam mo  
nachum quem ibi inue  
neris adduc tecum; Mi  
sericordia autem dei. ecce  
monachus quidam ue  
nit de monasterio. uen  
dens que secum habe  
bat; Et uidens puer eu.  
rogauit ut ueniret ad  
eufrosinam; Qui cum  
uenisset. uideus eum  
puella surrexit. et salu  
tauit eum dicens; Ora  
pro me pater; Et orans  
benedixit eam. et sedit;  
Dixit autem eufrosina;  
Domine mi habeo pa  
trem xpistianu et seru

dei possessorem substan  
cie nimie: habuit q; uxo  
rem que me genuit. que  
transiuit de hac uita. vlt  
autem pater meus pro  
omnibus rebus suis t  
dere me seculo huic iniq  
et ego nolo inquinari  
ab eo. sed timeo inobedi  
ens esse patri meo. et qd  
faciam nescio; Lota eni  
nocte sine somno ptian  
si. postulans deum ut  
ostenderet misere anime  
mee misericordiam sua.  
Et facto mane placuit  
michi mittere ad eccle  
siam et adducere unu  
fratrem. ut audirem ab  
eo uerbum dei. et quid  
facere debeam; Postulo  
autem te pater per mer  
cedem anime tue. quia  
scio quod a deo missus  
es. doce me que dei sunt.  
Dicit ei ille senior; Domini  
diat; Si quis non abre  
nunciauerit patrem. et  
matrem. et fratrem. et fili  
os insuper et propriam

animam: non potest esse  
meus discipulus; Ego q̄  
tibi dicere plus hys nescio.  
Si potes tamen ferre tēp  
tamenta carnis: relinque  
omnia et fuge; facultate  
enim patris tui multos  
inueniunt heredes. Ecce  
thophia. ierochemia. Ze  
nodochia. monasteria. in  
due pupilli. peregrini. in  
fumi. captiu. si uoluerit  
pater tuus illis relinquat.  
tu solum ne perdas animā  
tuam; Dicit ei puella. Con  
fido in deum. et in oratio  
nibus tuis. quia labora  
re habeo pro anima me  
a. deo auxiliante. Dicit ei  
senex; Talia desideria a  
firmitate non decidant:  
ut ualeas sic tempus pe  
nitentie peragere. Dicit  
ei eufrosina; Et ideo te fa  
tigavi ut impleas deside  
rium meum: et facta ora  
tione benedicas me: et ab  
scidas comam capitis mei.  
Et exurgens facta orati  
one senex abscedit comam

capitis eius. et induit  
eam tunica. et orans p  
ea dixit; Deus qui libe  
